Istis sic notatis. dom est q infinitum formale est nobis ignotuz in lumine naturali ꝓbatur. qz inter cognoscens z cognitū est ꝓportio. sed inter infinitū formale z nostruz intellectū nō est ꝓportio eo q finiti ad infinitū nulla est proportio. g̃ z̄. Dicit aūt notāter. q nobis non est cognoscibile. qz ipm in se est maxime cognoscibile. qz vnūqꝙ cognoscit ꝑm q est in actu. sed infinitum formale est maxime in actu. cū sit simplex z purissimus actus ois potētialitatz expers. Dicit etiā in lumine naturali. qz in lumine glorie cognoscit deus a beatis. nō tū cognoscit deus a beatz mō quo seipm deus cognoscit. qz seipm cognoscit z cōprehēdit. atqꝙ cognoscit cōprehensiue. qđ nulli beato vel angelo vt homini est possibile. Secdo dom est ad dubiū. q infinitū materiale capiendo infinitū cathegorematice est nobis ignotum ꝑm se z ꝑm rōnem infiniti. qz tale nō est. sed qđ nō est a nullo cognoscitur. Etiā si esset infinitum materiale actu ipm a nobis nō essz cognoscibile. Cuius rō est. qz noster intellectus accipit suā cognitōem a fantasmatib⁹. ꝓpter qđ nō ꝓtingit plura simul intelligere. eo q accipit vnuz post alterū ex fantasmatib⁹. cū g̃ in accipiendo de infinito non sit terminus z finis nunqꝙ totuz acciperet infinitum. nec spēm eius intelligibilē habere possz. Intellectus vero diuinus si tale infinitū esset intelligeret nō q̄dem p successionē partiū. sz oia in ipo colligendo in vnū nūc eternitatis. sic em cognoscit que sunt in sua potentia. q tū sunt infinita. Tercio dom est. q infinitū materiale accipiēdo infinitū syncathegorematice ꝓt a nobis cognosci. qz omis potētia ꝓt in id qđ est sub suo obiecto. sed tale infinituz est sub vlt. est em tale infinitū quātitas ꝓtinua vel discreta q̄ accipitur in particularib⁹ z in vlt. ergo cognoscit sensu z intellectu licet differenter. ¶ Ad obiecta. Ad pmū patz solutio ex dictis Ad secdm dom q ꝓtinuū nō cognoscitur ꝑfecte est potētia infinitū. sed ꝑfecte est actu finitū Et si dicat infinitū in potentia cognoscit. g̃ infinitū cognoscitur Ibi ē fallacia duplex. scz a dicto ꝑm q̄d ad simplr. z etiā fallacia accētis. eo q ibi sunt res subiecta. attributum. z accēs. vt pz ꝓsideranti formā sedi obiecti. Ad tertiū dom. q infinitū accipitur duplr. Uno mō ꝓ infinito in actu qđ est quātū nō terminatuz. Alio mō ꝓ infinito in potentia. qđ sic describit tercio physicoꝝ. Infinitū est cuius quātitatez accipientib⁹ sp est aliq̄d extra accipere. Et hoc ꝓsideratur duplr. Uno mō quo ad rōnem infinitatis. Alio mō quo ad id cui accidit rō illa infiniti. Per hoc dom q definitio infiniti tertio physicoꝝ data ꝓuenit infinito in actu. nō positiue. sed ꝑuatiue. z sic etiā ꝓsiderat infinitum in actu ꝑtercio physicoꝝ. sed ꝓuenit definitio illa infiniti infinito i potentia positiue. sed nō distincte notificās. aut eius quantitatē ostēdens. ꝓpter qđ illa definitio infiniti est non q̄dratiua. sed descriptiua. et sic p ipaz cognoscimus infinitū in actu ꝑuatiue. z infinitū in potentia positiue. sed cognitōe ꝓfusa. eo q nō cognoscit quo ad oīa q̄ sunt in ipo. cū in illis infinitū ꝓtendatur. Ad quartū dom. q aliq̄d dr ꝓfusum trib⁹ modis Uno⁰ negatiue ꝓpter carentiā determinatōis z etiā aptitudinis ad determinatōem. z tale cōfusum est simplr ignotū. z ꝓuenit infinito in actu. z de illo ꝓfuso nō loq̄tur phs in huius libri ꝓemio. cū hoc ꝓfusum sit nobis ignotū. Alio mō dr ꝓfusum affirmatiue et positiue. z hoc adhuc duplex est. quoddā est ꝓfusum tenens se ex ꝑte potentie. z tale ꝓfusum est infinitū in potentia. eo q tenet se ex parte materie. z de illo ꝓfuso etiā nō loquit phs in ꝓemio physicoꝝ. Aliud est ꝓfusum tenens se ex ꝑte forme z actus. z illa ꝓfusio qua hoc dr confusum nihil est nisi ꝓmunicabilitas forme z actus. z de isto loq̄tur phs in ꝓemio qñ dr ꝓfusa nobis esse ꝑfecta nota. sed tale ꝓfusum nō est infinitū. vt dictū est

Duodecimū dubiū An naturalia sint ad maximū z minimuz determinata. Et videt q nō. qz naturalia sunt cōtinua et quāta. sed talia nō sunt ad maximū nec minimū determinata. qz in diuisione ꝓtinui ꝓcedit in infinitū. z silr in oppositōe numeri. Secdo sic. multiplex est diuersitas in cāsitate hoim. g̃ in specie hūana nō ē determinatio ad maximū z minimū Tercio sic. motꝰ z tps sūt infinita. g̃ nō ad maximū z minimū determinata Quarto Ignis ē ens naturale. z tū nō determinatū ad maximū z minimū. ꝑbaf ꝑ phm. ij. de aīa dicentez. q si ignī apponerent infinita ꝓbustibilia ipe cresceret in infinitū ¶ Solo sic. z ꝑbaf in generali z in spēali. in gñali auctoritate phi in secda rōe reꝓbāte anaxagore positōem dicētis. ipossibile est z plantā quātacūqꝙ esse ꝑm magnitudinē z paruitatē. Et ibidez impossibile est carnez aut os aut aliq̄d aliud cāsitūcūqꝙ esse magnitudine aut in maius aut in minus. Et in cārta rōne sic dr. Carnis aūt determinata est quantitas magnitudine z quitate. Idē dr. ij. de aīa. q oīm natura ꝓstantiuz certꝰ est terminꝰ augmēti z decremēti. Rōne ꝑbaf. qz res naturales nō sunt infinite. g̃ sunt ad maximū z minimū determinate. Spēalr ꝑbaf ex ꝑte triū. ex q̄bz in oib⁹ reb⁹ inuenit determinatio ad maximū z ad minimū a determinatione nature rei. q̄ ꝑm ꝓncipia sua determinata fundat determinatōe in esse posse z agere. in esse cāsitū ad dimēsiones cāsitatiuas q̄bz res in se disponit. In posse cāsitū ad ꝓtates actiuas z passiuas. In operari cāsitū ad dispōnes qualitatiuas. Probaf g̃ ꝑ⁰ de cāsitate in cōi. loquēdo q̄ ad totam naturā corpoream. est em in tota natura dabilis cāsitas quā ꝑm naturā nō est maioz possibilis. vt ptz de cāsitate vltime sphere. Etiā est aliq̄ quātitas tā qua q̄ nō est minoz in natura corpea Ptz etiā idē ēē ꝑm vnāquāqꝙ spēm rerū naturaliū. sic q est dabilis maxia quantitas q̄ sic eēt maioz nō possz informari ꝑ illā formā Et silr dom est de minima quātitate. ita q in tā parua cāsitate inuenit aliqua forma q minorē materiā nō possz informare. Et rō illiꝰ est. qz omne agens finite ꝓtutis reqrit sibi instrumentū finitū z proportionatū sibi ad exercendū suā operatiōez. sed ois forma naturalis cuius quātitas est instrumentū est finite virtutis. ergo reqrit determinatā quātitatē. Maioz pz a sili in artificialib⁹. qz faber in suo opere nō vtitur malleo quocūqꝙ. sed determinato in quātitate ad exercendū suā operationē sibi ꝓportionato. Secdo ꝑbaf idē de ꝓtutib⁹ actiuis z passiuis. q̄ sunt duplr determinate. intrinsece z extrinsece ad maximū z ad minimuz. Uñ determinari intrinsece ad maximū est dare maximū in qđ ꝑt potentia actiua. vel minimū a quo partiꝑt potētia passiua. Extrinsece aūt determinari ad minimū est dare minimū in quod nō potest potentia actiua. z in qlibet minus ꝑt. vel maximū a quo non potest pati potētia passiua. sed a quolibet maiori potest. Et hoc exemplariter patet. primo in potentijs actiuis. qz est dare pondus maximū cui potentia fortis est ꝓportionata vltra qđ nō ꝑt. sicut si potētia fortis est determinata ad portādū centuz libras tūc non potest portare centū z vnū. sed eius potentia actiua determinatur extrinsece ꝑ minimā in qđ nō ꝑt. sicut centū z vnam libras. sunt minimū in qđ nō ꝑt. z in qlibet pondus minꝰ cāsitum centum et vnius libre ꝑt. Sed h̄ debet intelligi de ꝓtib⁹ eiusdem qualitatis. nō eiusdē ꝓportiōis. qz si attēderent ꝑtes eius

dē ꝓportōis. tūc ꝓtingeret dare infinitū pōdus qđ fortes possꝫ portare Et ꝫ sic ꝓbat. qz cū actio nō fiat a ꝓportōne equalitatis oꝛtꝫ virtutē fortis excedere resistentiā ponderis. z ille excessus est p aliqđ diuisibile. qz indiuisibile non facit excessum. Diuidat̄ g̃ hoc. z deponatur vna pars. ad huc virt⁹ excedit resistentiaꝫ ponderis. z adhuc portabit et p ꝯsequens si ꝑus fuisset aliqđ additū adhuc portassꝫ eo q̃ fuisset adhuc excessus virtutꝫ supra resistentiā ponderis. z sic in infinitū. ꝑm q̃ diuisio ꝓtinui in tales ꝑtes ꝓportionabiles ꝓcedit in infinitū. Idem declarat̄ in virtutibꝫ passiuis. Est em̄ dare minimū actiuū a quo ꝑt potentia passiua pati intrinsece. ꝯsiderando eā ꝑm debitā z determinatā rōnem mensure. ita q̃ si essꝫ actiuū minus non pateret ab eo potentia passiua. vt si patitur a bipedali tāq̃ a minimo. tūc si fuerit actiuū minus q̃ bipedale. non patiet̄ ab eo. Siliter extrinsece determinat̄ ꝓ maximum a quo nō ꝑt pati. scꝫ ab eo cū quo est equalis resistentie. z tamen a quolibet maiori ꝑt. qz cū quolibet tali habebit ꝓportionem maioris inequalitatis ꝑm quā fit actio. Illud aūt qđ hic ꝺr maximū nō ideo ꝺr sic qz sit aliqđ magnuꝫ. sꝫ qz inter paruas quātitates sit maxima. a qua non fit actio. et a quolibet maiori fit actio. Et hoc qđ dictū est locū habet tam in potētijs passiuis passione corruptiua. q̃ ꝓfectiua. Jn hoc tñ est differentia. qz in potentijs passiuis passione corruptiua potentia est ꝓfectior q̃ a maiori actiuo nō vincit̄ z fortiori corruptiuo resistit. sed in potentijs passiuis passione ꝓfectiua est econtra. quia illa est tanto ꝓfectior quanto ꝑt pati a minori actiuo. sicut visus est ꝓfectio q̃ ꝑt a minori visibili immutari cereris paribꝫ. Quercio ꝓbatur hoc in qualitatiuis dispositōibꝫ Est em̄ dare maximā raritatē in igne naturaliter dispositō. z summā velocitatē motus. sicut in motu diurno qui est ꝑmi mobilis z maximi. qđ maximū spaciū ꝑtransit in eodē tꝑe cū inferioribus sꝑheris nō tantū spaciū ꝑambulantibꝫ. Etiaꝫ est dabilis determinata raritas aeris. q̃ si fieret maior raritas nō posset ꝑmanere aer. sed corrūperetur z fieret ignis. z etiam est eius minor raritas. q̃ si fieret minor ita q̃ plus cōdensaret nō posset manere aer. sꝫ fieret aqua. ꝛcētꝫ. Sed diceres. si daret̄ materia in minori quātitate q̃ rēq̃rit̄ ad formā asini que sufficiēter cēt dispositā dispositōibꝫ qualitatiuis tūc aut illa forma introduceret̄. aut nō. si sic. tūc non esset minor q̃ rēq̃reret forma asini. qđ tñ ponit̄ Et si non. tunc materia sufficienter dispositā non introduceret̄ forma. qđ est impossibile. Ad hoc dōm. q̃ talis forma nō introduceret̄. qz talis materia nō essꝫ sufficienter dispositā. cuꝫ ponat̄ esse minor q̃ ad talem formā rēq̃rit̄. qz forma in materia nō solū ꝑrēq̃rit qualitatiuas dispositōes. sꝫ etiā dispositōes q̃titatiuas. z hec simul disponūt materiā ꝓ forme receptōe ¶ Ad obiecta ad ꝑmū dōm. q̃ ꝓtinuū cōsiderat̄ dupl̄r Uno ⁰ ꝑm rōnes suā genericā siue mathematice. hoc est siue respectu ad corpus naturale in quo est cōtinuitas. z sic est diuisibile in infinitū. vt ꝓbat obiectio. nec vt sic est dabile maximū z minimū. Alio mō ꝯsiderat̄ ꝑm esse phȳsicū siue materiale. z sic est deuenire ad maximuꝫ et ad minimū. z sic ꝑhs accipit res ꝑm spēs suas ꝓceden do z argumētādo ꝓtra anaxa. Ad scām dōm. q̃ in specie hūana est determiatio ad maximū z ad minimū. nō tñ oꝑtet q̃ q̃libet hō habeat alterum illoꝝ duoꝝ. puta maximā quātitatē possibilē spēi humane aut minimā. qz inter maximū z minimū in specie humana sunt multi gradꝰ ita q̃ quidā plus accedūt ad quātitatē maximā. q̃dam ad minimā. recedendo ꝑm magis z minus a maxima quātitate. Ille tñ quātitates puta maxima z minima. licꝫ in natura sint determinate. nobis tñ sunt ignote ꝑm vnāquāq̃ spēm. Sed ꝓtra. dato hoie ꝑm quātitatē maximā possibilem spēi hūane. z ponat̄ q̃ talis rarefiat magis ꝑm corꝑ⁹. vel quocūq̃ augeat̄ sicut possibile essꝫ p actiōez qualitatū ꝑmaꝝ. vel q̃ illa ꝑ quātitas nō erat maxima possibilis in specie humana. qđ est ꝓtra hȳpotesim. vel oꝑteret suspendere actiōem elemētoꝝ in tali corꝑe. qđ est impossibile vt ꝑtꝫ iij. metheoꝛ. Et si li mō ꝑt argui de minima q̃titate. q̃ ꝑ ꝯdensatiōem minor fieri ꝑt. Dōm est. q̃ illa q̃titas nō erit naturalis. sꝫ violenta z disponens subiectū ꝓ eius corruptiōe z alterꝰ generatiōe. mō hic sermo est de q̃titate ꝑm naturā alicui spēi debita. Ad tertiū dōm. q̃ illa dupl̄r ꝯsiderant̄. Uno mō q̃titū ad id qđ actu in eis inuenit̄. z sic sunt determinata ad maximū. Alio mō q̃tum ad eā q̃ potētia z successione in ipis reperiūtur. z sic sunt infinita. vnūqđq̃ aūt denoiari ꝺz ab eo qđ actu est in ipō. Ad quartū dōm. q̃ illa ꝓpō est vna ꝯditionalis cuꝰ vtra ꝑs est falsa. z tñ ipa tota est ꝛa Vel dōm q̃ ꝑhs ibi loquitur ꝯparatiue. ꝯparādo ignē ad alia. qz talia sunt determinata ad maximū z minimū ex ꝑte forme. q̃ nō ꝑt informare quācūq̃ materiā. sꝫ req̃rit determinatā q̃titatē mēbroꝝ z organoꝝ vt sint apta instrumēta aīe ad opanduz. et etiā ex ꝑte finis. q̃ est ꝯseruatio z ꝑmanētia eaꝝ in debita ꝓportiōe ad totū vniuersum z ꝑtes eiꝰ. Jn igne ꝯo non est determiatio ex ꝑte forme. eo q̃ forma ignis ꝑt eē in materia quātacūq̃. z ideo ꝺr ꝑhs ipm augere in infinitū. est tñ in ipō determiatio ex ꝑte finis q̃ est adeq̃tio eiꝰ cū aliis elemētis ꝑm exigētiā ordinis vniuersi. sic em̄ est dare maximū ignē ꝑm directiōem nature vłs oia in suis limitibꝫ cōseruātis. alꝫ ꝓtingeret corꝑa alia ꝑ ꝯuersionē eoꝝ in ignē deficere. z sic tolleret̄ ordo vniuersi Sed q̃reret aliq̃s. dato maximo igne possibili in vniuersoꝛ applicet̄ sibi stupa. vtꝫ ꝺuret ipam vel nō. si sic. tūc ignis fit maior q̃ maximus ignis possibilis ꝑm naturā. si nō ꝺuret agens naturale applicatū suo ꝓprio passiuo z dispositō nō ager in ipm. qđ est ipossibile. eo q̃ agit ꝑ necitatē sue nature. z aliud ꝑ necessitatē sue nature patit̄. Ad ꝫ dōm est. q̃ ille ignis maximus nō ꝺureret stupā. z ꝫ nō ꝓpter defectū ꝓtutis sue. nec ꝓpter indispōem materie. sꝫ ꝓpter certum z maximuꝫ terminū sibi ꝑm naturā debitū. impediret̄ em̄ hoc agēs a natura vłs. q̃ nō patit̄ deordinatiōem corꝑoꝝ in vniuerso. licꝫ nō repugnet igni ꝑm naturā ꝑticularē. sꝫ vt fieret maior Aut dōm. q̃ si illa stupa incēderet̄ in vna ꝑte ignis. tūc in alia ꝑte ꝯdēsaret̄. z ꝫ ex ordinatiōe nature vłs. Cōtingit etiā aliq̃n determinari ad maximū ex ꝑte materie. z ꝫ locū ꝛa in his q̃ sunt ex sua tota materia. sicut corꝑa celestia. q̃ ꝓpter ꝫ nō patiūtur aliquā additiōem q̃titatis. Jn igne ꝯo nō est ꝫ mō determinatio. qz sic tota sꝑhera actiuoꝝ et passiuoꝝ est sibi materia in q̃ ꝑt saluari ꝑ resolutiōez i ipma hoc tñ impedit̄ fieri ex ꝑte finis. ꝑut dictū est

Omnes igit̄ ꝓtraria ꝓncipia faciūt z dicentes q̃ vnū sit oīe z vnū īmobile Et ꝑmenides esse calidū z frigidū ꝓncipia facit. hec aūt appellāt ignez et terrā. z q̃dā raꝝ z dēsuz. z Democritꝰ firmū z inane. quoꝝ aliud q̃dē sicut qđ est. aliud aūt sicut qđ nō est. ēe ꝺr. Adhuc positōe z figura z ordine. Hec āt genera ꝓtrariorꝝ sunt positōe sursuz z deorsuz. añ z retro figura angulꝰ rectū circulatū. Qꝫ q̃dē igit̄ ꝓtraria q̃ dāmodo oēs faciūt ꝓncipia manifestū est

¶ Iste est tercius tractatus huius primi libri physicorū. In quo phūs determiat de principijs rerū naturaliū fm opinionē suā ꝓpriā. Et diuidit in tria capitā. In primo determinat de q̄dā ꝯditōe. videlz ꝯtrarietate principioꝝ. In 2° determinat de numero principiorū disputatiue. In tercio determinat de nūero principioꝝ demōstratiue ostēdendo quō principiēt res naturales. Primū capm diuidit in duas ptes. In prima ꝓbat principia rez naturaliū esse ꝯtraria In scda ptractat opinionē antiquoꝝ de ꝯtrarietate principioꝝ. In prima pte duo facit. Primo ꝓbat auctoritate principia esse ꝯtraria. Scdo ꝓbat idē rōne. Quātū ad primū ꝓbādo auctoritate q̄ principia rez naturaliū sunt ꝯtraria. dt. Oēs physici ꝓueniūt in hoc q̄ dicūt principia esse ꝯtraria. ꝓbat inductiue. q̄ illi q̄ posuerūt omnia esse vnū ens et īmobile dicūt principia esse ꝯtraria. Permenides em̄ dt calidū z frigidū esse ꝯtraria z principia. z calidū nominat ignē. z frigidū terrā. Quidā aūt alij posuerūt rarū z dēsum principia ꝯtraria. Democritus aūt posuit firmū. i. plenuz sine solidū. z inane siue vacuū. z hoꝝ alterū scz plenū posuit esse sicut ens. z alterū scz vacuū dixit esse sic nō ens. dixit etiā plenū habere dr̄ias positōne. figura. z ordine. z hec dixit esse genera ꝯtrariorū. q̄ positio genus est ad sursum et deorsum. aīl z retro. figura aūt z angulosum z rectū sine latitudinis plane z ad rotūdū. Cōcludit g̃ manifestuz esse ex inductōe illa q̄ oēs phī tā physice q̄ nō physice loquētes de principijs dicūt principia esse ꝯtraria.

Et hoc rōnabilr. optet em̄ principia neq̄ ex alterutris esse. neq̄ ex alijs eē pñt. sed ex his oīa Cōtrarijs aūt primis insunt hec. ppter id q̄ prima q̄dē nō sunt ex alijs. ob id vero q̄ sunt ꝯtraria. nō sunt ex alterutris Sz optz hoc in rōe ꝯsiderare q̄liter hoc ꝯtingat.

¶ Hic phūs ꝓbat rōne q̄ principia rez naturaliū sunt contraria. Et duo facit. primo ponit rōnē. Scdo ꝓbat vnū in rōne positū. Rō sic formal. tres sunt ꝯditōes primorū principioꝝ. prima q̄ nō fiunt ex alterutris. scda q̄ nō fiūt ex alijs. tercia q̄ oīa alia fiunt ex ipis. sed iste tres ꝓprietates z ꝯditōes ꝓueniūt primis ꝯtrarijs. g̃ prima ꝯtraria sūt prima principia. z p ꝑns p ꝓuersionē simpliciē ꝯclusionis prima principia sunt ꝯtraria Minorē ꝓbat primo q̄ nō fiant ex alijs. q̄ si fierent ex alijs. tūc nō essent prima. Secūdo ꝓbat minorē q̄ nō fiant ex alterutris. q̄ sunt ꝯtraria. sed vnū ꝯtrariorū nō est cā p se alterius. g̃ nō fiūt ex alterutris. Si em̄ vnū essz ex alio p se (vidt Alber.) tūc illud eēt principiū eī. z ꝓueniret cū ipo in cētia. z tūc nō essz ei cōtrariū. Tertiā ꝯditōem optz p rōnē ꝯsiderare q̄liter ꝯtingat. z g̃ in sequēti textu ꝓbat tertiā ꝯditōem

Accipiēdū igit̄ ē primū q̄ omniū q̄ sunt nihil neq̄ facere aptū est neq̄ pati. ꝯtingēs a ꝯtingēti. neq̄ fit q̄libet ex q̄libet. nisi q̄s accipiat fm accñs Qualr em̄ vtiq̄ fiet albū ex musico nisi accñs sit albo vel nigro musicū. sed albū fit q̄dem ex nō albo. z hoc nō ex omni. sed nigro aut medijs. z musicum ex nō musico. sed nō ex omni. sed ex īmusico. aut si aliq̄s est ipsis mediū Neq̄ em̄ corrūpitur in ꝯtingēs primuz. vt albū nō in musicū nisi forte fm accñs. sed in nō albū. z nō in cōtingēs. sed in nigrū aut mediū. Silr aūt z musicum in nō musicū. z hoc nō incōtingens. sed in īmusicuz aut si ipsis aliq̄ mediuz est. Silr aūt z in alijs. q̄m nō solū simplicia eoꝝ que sunt. sed etiaz ꝯposita fm eandē se habent rōnem. sed ppter hoc q̄ oppositē dispositōes nō ꝛnomiate sunt. latet hoc ꝯtingēs. Necē em̄ est oīne ꝯsonās ex incōsonāti fieri. z incōsonans ex ꝯsonāti. z corrūpi ꝯsonans in incōsonantiā. z hāc nō in ꝯtingentē. sed in oppositā. Differt aūt nihil in cōsonantiā dicere aut ordine aut ꝯpositōe. Manifestū em̄ est q̄ eadem sit rō Alterō domus z statua. z q̄libet aliud fit siliter. Domus q̄dem em̄ fit non ex eo q̄ ꝯposita sūt. sz ex eo q̄ distincta diuisa sunt hec. sic z statua z figuratoꝝ aliq̄d ex nō figurato. z vnum q̄dq̄ hoꝝ. alia q̄dem ordo. alia vero ꝯpositio q̄dam sunt. Si ergo hoc verū est. q̄ oīne q̄d fit fiat z corrūpat. q̄d corrūpitur aut ex ꝯtrarijs aut in ꝯtraria z in horū media. Media aūt ex ꝯtrarijs sunt vt colores medij ex albo z nigro. quare oīnia erūt q̄ natura fiūt aut ꝯtraria aut ex ꝯtrarijs

¶ Hic phūs ꝓbat terciā ꝯditōem. scz q̄ oīnia alia fiunt ex primis ꝯtrarijs. z ad hoc ostendendū declarat qualiter ista ꝓprietas ꝓueniat ꝯtrarijs. z qualiter nō. quoniam ꝯtraria quodāmō fiūt ex alterutris. z quodāmō nō. ideo dixit. q̄ optet h̄ ꝯsiderare p rōnem. Dicit g̃ q̄ primū accipiendū est q̄ omniū q̄ sunt in natura nihil aptuz est facere et agere in quodcūq̄z. neq̄ aptū est pati a quocūq̄z. sed q̄d facit z agit. agit in ꝯtrariuz. z q̄d patitur physice patitur a ꝯtrario. neq̄ fit quodlibet ex quolibet nisi p accidēs. per accñs em̄ p̄t fieri q̄libet ex quolibet sicut albuz ex musico si accidat nigro q̄ sit musicū. p se aūt albū fit ex non albo nō ex quolibet nō albo. sed ex nō albo q̄d est priuatio albi q̄d est nigrū aut medio colore colorati. Exemplificat etiā in formis mentalibo dicens q̄ siliter musicū fit ex nō musico. z non ex omni non musico. sed ex īmmusico. quod est priuatio musici. z non negatio. aut ex medio inter musicum z immusicum si aliquid est ipsis medium. Probat hoc etiam sic esse in corruptione. Illud em̄ quod corrūpitur non corrumpitur in quodcūq̄z contingens si sit primum et per se in quod corrumpitur. album em̄ non corrūpitur in musicum. quia aptitudo ipsoꝝ in subiecto nō est vna. sed corrumpitur album in non albū. z non in q̄dlibet contingens non album. quia non corrumpitur in negatiuum albi. sed in priuatiuum albi quod est nigruz vel medium inter nigrum z album. Similiter est in mentalibus. musicum em̄ corrumpitur in non musicum. non in quodlibet non musicum. sed in priuatōnem musici. quod est immusicum. aut in medium inter musicum z immusicum si ipsis est aliquod medium. Et sicut hoc est verum in formis simplicibus. ita est etiam in compositis. tam in naturalibus q̄ artificialibus. In artificialibus quidem sicut est forma domus. in naturalibus sicut est forma corporis organici physici. Dicit tamē philosophus q̄ in cōpositis magis latet. eo q̄ dispositiones z forme oppositē in eis non habent nomina. Cuius rōnem dicit Albertus esse. quia nomen illud deberet imponi a proportione compositorum. proportio autem illa frequenter ignota est Explificando ergo in compositis dicit q̄ necesse est consonans fieri ex inconsonanti z corrumpi in inconsonantiā priuatiue oppositā ꝯsonātie. z nō in quācūq̄z incōsonātiā Et subdit phūs q̄ nō differt in ꝓposito siue ꝯsonātia illa

dicaᷓ attendi in ordine ꝓponentiū.vel in ꝓpoſitõe eorum q̄ quocūq̄ mõ dicaᷓ vna erit rõ q̄ctum ad terminos gene rabilis ⁊ corruptõnis. Qđ declarat in artificialib⁹.qñ em̄ domus fit nõ fit ex his que ꝓpoſita ſunt.q⁹ ſic dom⁹ eſſ̄ et non fieret.ſed fit ex partib⁹ diuerſis ⁊ diuiſis.⁊ ita fit cõ ſonans ꝓpoſitio ex incõſonãti diuiſione.ita q̄ circa eadez ſumitur rõ ꝓſonantie ꝓpoſitiõis.⁊ incõſonãtie diuiſionis Eodem modo ſi acceperimus totū in quo plus eſt ordo partiū faciens ꝓſonantiam.ſicut eſt figura ſiue imago vel idolum qđ ꝓſtituit ordo eleuatõis ⁊ depreſſionis partiuz et ceteraꝝ figurarū.oportz q̄ fiat ex nõ figurato.⁊ non ex quocūq̄.ſed ex eo qđ ſuſceptibile eſt figure. vnūquodq̄ em̄ taliū ꝓſtituitur aut ꝓpoſitõne partiū.aut ordine.aut vtroq̄. Concludit ergo pħus.q̄ ſi verū eſt qđ dictum eſt videlicz q̄ oñe qđ fit.fit ex ꝓtrarijs vel medijs.et qđ corrumpitur.corrūpit in ꝓtraria vel ī hoꝝ media.media em̄ ſunt ex ꝓtrarijs.ſicut colores medij ex albo ⁊ nigro. tunc oportz q̄ oñia que fiūt naturaliter ⁊ corrūpãtur.fiãt aut corrūpantur ex ꝓtrarijs.aut in ꝓtraria.vel in hoꝝ media Et tūc ptz q̄ oñia fiunt ex p̄ncipijs. eo q̄ ſunt p̄ma con traria ad que oñia alia reducūtur.et hec fuit tercia ꝓpoſitio principiorum.

Uſq̄ q̄dem igitur hoc fere ſecuti ſunt ⁊ aliorum plurimi.quēadmodū diximus prius. Oñes em̄ elementa ⁊ ab ipſis vocata principia ⁊ vera ſine ratõne ponẽtes.tñ ꝓtraria dicūt tāq̄ ab ipa ħitate coacti

¶ Nic pħus pertractat opiniones antiquorum de ꝓtrarietate p̄ncipioꝝ. Et duo facit.primo ponit mortuū antiquoꝝ dicentiū p̄ncipia eſſe ꝓtraria. Secūdo ꝓparat antiquos dicentes principia ꝓtraria. Quātum ad p̄mū dicit q̄ loquentes de p̄ncipijs oñes fere ꝓſentiūt in hoc q̄ p̄ncipia ſint ꝓtraria Dicit aūt pħus fere(inquit Alb.) ꝓpter Anaxagorā qui poſuit ſiłia ⁊ homogenia p̄ncipia. Omnes em̄ antiqui ꝓter Anaxagoraz p̄ncipia elementalia ⁊ ea que vocãt p̄ncipia ſiue vere ponãt ea eſſe p̄ncipia ſiue ſine rõne dicūt ipſa cē ꝓtraria tāq̄ veritas coegerit eos ad hoc dicendum.

Differunt tñ ab inuicem in eo q̄ alij q̄dem priora alij poſteriora accipiūt.et q⁹ hi q̄dem notiora ſm rationem.illi aūt ſm ſenſum.hi q̄dem calidū ⁊ frigidū hi aūt humidū ⁊ ſiccū.alij aūt numerū parem et imparem.Quidã aūt ꝓcordiam ⁊ diſcordiam cauſas ponunt generationis. Nec autē abinuicem differūt ſm dictum modum.

¶ Nic pħs ꝓpat antiquos de ꝓtrarietate p̄ncipioꝝ loquẽtes.et p̄mo penes dicñam. Scđo penes ꝓuenientiam Quãtū ad dicñam dr q̄ differūt antiq̄ in hoc q̄ q̄dã accipiūt p̄ncipijs ꝑa.alij poſteriora Ibi dr Al.q̄ ꝑa dicūt.eo q̄ ſunt p̄ma.⁊ poſteriora dicūt alij. eo q̄ ſ̄t ꝓxima et magis eſſentialia cauſatis. Differunt etiã in hoc inquit pħus.q̄ q̄dam dicūt illa ꝓtraria eſſe p̄ncipia que ſunt notiora ſm rõnem ⁊ intellectū. Alij aūt dicūt illa eſſe principia que ſunt notiora ſm ſenſum.et illi q̄ ſm ſenſum notiora poſuerūt p̄ncipia ꝓtraria.q̄dam poſuerūt illa calidum et frigidū.ſicut Permenides.alij humidū ⁊ ſiccū. Qui aūt poſuerūt ꝓtraria p̄ncipia notiora ſm intellectū q̄dam ponūt numerū parem ⁊ imparez.ſicut pythagoras. Alij cõcordiam ⁊ diſcordiã.vt Empe.hec em̄ dicūt eē cauſas generationis.dr̄ūt em̄ ſm dictū modu⁹ ꝓportionabiliꝝ aūt ſe habent in rõne poſitõis p̄ncipioꝝ.

Quare eſt eadem dicere quodãmodo ⁊ altera ab inuicē.altera q̄dem quēadmodū videbitur pluribꝰ eadē aūt ſm analogiã. Accipiūt em̄ ex eadem coordinatõe.hec q̄dem em̄ ꝓtinent.alia aūt ꝓtinentur cõtrariorū. Sic igiᷓ ſimiliter dicūt.⁊ aliter .⁊ pius.et melius. Et hi q̄dem notiora ſm rõnem ſicut dictum eſt p̄us.illi aūt ſm ſenſum. Uniuerſale q̄dem ſm rõnem notū eſt. ſingulare aūt ſm ſenſum. Rõ q̄dez em̄ vniuerſalis eſt.ſenſus aūt particularis. vt magnum et parum ſm ratõnem eſt.rarū autem ⁊ denſum ſm ſenſum. Si q̄dem igitur ꝓtraria oꝑtet eſſe principia manifeſtum eſt.

¶ Nic ꝓpat antiquos penes ꝓuenientiã . dicens q̄ ex dictis ꝑz q̄ oñes iſti antiq̄ dicūt quodãmodo eadem et quodãmõ altera.altera q̄dez q⁹ plures eoꝝ ſuꝑponūt alia ꝓtraria q̄ aſſignãt p̄ncipia. Eadē aūt dicūt ſm analogiã hoc eſt ꝓportionem p̄ncipioꝝ ad actus eoꝝ.vt dictū eſt Prima aūt ꝓuenientia eſt in hoc q̄ accipiunt ꝓtraria ⁊ diuerſa ex ipa coordinatõe ꝓtrariorū. ⁊ ſic oñes poſuerūt p̄ncipia ꝓtraria.in qua coordinatõe q̄dã ſunt ꝓtinentia ſicut priora ⁊ ꝓmunia.q̄dã ꝓtenta ſicut poſteriora ⁊ ꝑticularia Secūdo ꝓuenit in hoc q̄ oēs dicūt vnū ꝓtrariorū melius et aliud peius.ſicut q̄ dicūt calidū ⁊ frigidū ꝓtraria.dicūt calidū melius ⁊ frigidū peius. Tercio cõuenit in hoc q̄ dicunt p̄ncipia notiora p̄ncipiatis.hi q̄dē notiora ſm intellectū.alij notiora ſm ſenſum. Qđ declarat.q⁹ vłe ſm rõez notū eſt.ſingulare aūt notū eſt ſm ſenſum.q⁹ illud eſt notius apud rõnem cuius eſt rõ tangibile obiecti.⁊ illud notiꝰ ſm ſenſum cuius eſt ſenſus ſicut obiecti. ſed rõ eſt vłis tāgibile obiecti.⁊ ſenſus ſingularis.g̃ vłe eſt notius ſm rõnem. et ſingulare ſm ſenſum. Et hinc eſt q̄ magnū ⁊ paruum ſunt notiora ſm rõnem tangibile magis vłia.⁊ rarū ⁊ denſuz notiora ſunt ſm ſenſum. Manifeſtū eſt igitur ex dictis q̄ principia ſunt ꝓtraria

Cõſequẽs aūt vtiqz erit dicere.vtz duo aut tria aut plura ſint. vnū q̄dē em̄ ī poſſibile eſt eſſe principium. qñ non vnū ꝓtraria.

¶ Iſtud ē ſcđm capłm hui⁹ tercij tractat⁹.in q̄ pħs diſputatiue iueſtigare nũez p̄ncipioꝝ naturaliū . Diuidit ſãt pħs capłm in q̄tuor ꝑtes In p̄ma oñdit q̄ nõ eſt tm̄ vnū p̄ncipiū rerū naturaliū In ſcđa q̄ nõ ſ̄t infinita p̄ncipia In tercia.q̄ nõ ſint tm̄ duo. In q̄rta. q̄ nõ ſint plura q̄ tria. Prius q̄ ꝑtet p̄mū .p̄mittit intentõem ſuã dicẽs.q̄ ꝓpr oꝑtz dicere vtz p̄ncipia rez naturaliū ſint duo.aut tria. aut pła. Deinde oñdit q̄ nõ eſt tm̄ vnū p̄ncipiū.⁊ hoc ſic Principia rez naturaliū ſunt ꝓtraria.g̃ nõ eſt tm̄ vnum Cõſequẽtia tenet.quia ꝓtrarietas nõ ꝑt eſſe ſalua in vno nec ſunt ꝓtraria vnū

Infinita aūt nõ.q̄m̄ neq̄ ſcibile qđ eſt erit.⁊ vna p̄ma ꝓtrarietas ī oī gñe vno. Suba aūt vna q̄ddã gen⁹ eſt.⁊ qđ ꝓtingit ex finitis melius.quēadmodū em̄ ꝑdocles q̄ ex infinitis. Dia nãq̄ aſſignare opinatur quēadmodū Anaxagoras ex infinitis. Amplius autē ſunt alia alys priora ꝓtraria.⁊ fiunt altera ex alterutris.vt dulce ⁊ amarum.albū ⁊ nigrum.p̄ncipia aūt ſemper oportet manere. Qđ q̄dē igiᷓ neq̄ vnum neq̄ infinita ſunt manifeſtū eſt ex his.

¶ In hac secda parte ꝓbat phūs q̄ ꝑncipia rerū naturaliū nō sunt infinita. Et hoc ostendit quattuor rōnib⁹. quarū ꝑma est. Si essent infinita ꝑncipia tūc ens ꝑncipiatū physice neq; scirek neq; aliqua credulitas haberetur de ipso Cō sequētiam relinq̄t nota ex ꝑdictis. q̄ res nō scit nisi p̄ ꝑncipia. sz si essent infinita essent ignota. eo q̄ intellectus nō potest transire infinita. Secda rō In vnoquoq; genere nō est nisi vna ꝑma ꝯrarietas. sed suba est vnū genus. ergo ꝑncipia q̄ sunt ꝑmo ꝯraria in illo genere nō sunt infinita. cū vna ꝯrarietas habeat tm̄ duo extrema. Tertia rō. Melius est dicere esse finita ꝑncipia q̄m infinita. si ex finitis possunt causari q̄ dicūtur causari ex infinitis. sz oīa que fiunt in natura possunt causari p̄ ꝑncipia finita. ḡ nō est dōm q̄ sint infinita. Maiorem ꝓbat. q̄ ꝓter hoc empedocles dr melius fuisse locutus ponēdo finita ꝑncipia q̄m anaxagoras ponēs infinita. Etiaz illa maior fundat in hoc q̄ frustra fit p̄ plura qd̄ ꝑt fieri p̄ pauciora. z deus et natura nihil faciunt frustra. Minorē ꝓbat. q̄ empedo. oīa naturalia saluauit z causauit ex finitis ꝑncipijs. sicut anaxa. ex infinitis. Quarta rō. Nō oīa ꝯraria sunt ꝑncipia. sed solū ꝑma ꝯraria. prima aūt ꝯraria sunt finita. ḡ ꝑncipia ꝯraria sunt finita. Maiorē ꝓbat. q̄ licz multa sint ꝯraria ſm diuersa genera. z q̄dam ꝑpora. q̄daz posteriora. tm̄ solū ꝑma ꝯraria q̄ sunt in substātia sūt ꝑncipia. z nō in alijs. q̄ alia ꝯraria posteriora fiūt ex ꝑmis et ex leinuicem. vt dulce z amarū. albū nigrū. sed de ratōe ꝑncipioꝝ est q̄ nō fiant ex alijs. qd̄ solis ꝑmis ꝯrarijs cōuenit. Q̄ aūt ꝯraria q̄ fiunt ex alijs nō possint dici ꝑncipia ꝓbat. q̄ oportz ꝑncipia semp manere. sz q̄ fiunt ex alijs nō semp manent. Cōcludit ergo manifestum esse q̄ neq; vnū tm̄ neq; infinita sunt ꝑncipia.

Quoniā aūt finita facere duo tm̄. vel facere non duo tm̄ hz quādam rōnem. Deficiet em̄ vtiq; aliq̄s qualiter densitas raritatem facere aliq̄d apta nata sit aut hec densitatē. Similter aūt z alia quecūq; ꝯrarietas. nō em̄ ꝯcordia discordiā ꝯducit. z facit aliq̄d ex ipa. neq; discordia ex illa. sed vtraq; alterū q̄dem terciū. q̄dam aūt z plura recipiūt ex q̄bꝫ parant eorum que sunt ſm naturam Adhuc aūt amplius z de hoc aliquis dubitabit. nisi aliquis suppoſuerit cōtrarijs naturaz. Nullius em̄ videmus eorum que sunt substantie ꝯraria. Principiū aūt non de subiecto oportet dici aliquo. erit em̄ ꝑncipiū ꝑncipij. subiectū em̄ ꝑncipiū. z ꝑus videbit esse p̄dicato

¶ Ista est tercia pars capīs secī. in qua ꝓbat phūs q̄ non sunt tm̄ duo ꝑncipia. ꝑmo rōne. secō autoritate antiquoꝝ Quātū ad ꝑmū ꝑmittit intentū dicens. Exquo ꝑncipia sunt finita oportz q̄ sint duo vel nō duo. Q̄ aūt nō possint esse duo ꝓbat tribꝫ rōnib⁹. Prima rō est. vnū cōtrariorum nō fit aliud nec ex alio. ḡ necesse est esse aliud ꝑncipiuz qd̄ sit subiectū. ex quo cū vno ꝯrariorꝝ fiat ꝯpositū. Consequētia est nota ex dictis. q̄ oportz ꝑncipia esse ꝯraria. Antecedens ꝓbat. q̄ densitas nō facit raritatē. nec raritas densitatē. Et silr est in oīib⁹ alijs ꝯrarijs que a phīs dicūtur ꝑncipia. q̄ ꝯcordia nō ꝯducit discordiā ad esse. nec facit aliq̄d ex ipsa. nec econuerso ꝯcordia fit ex discordia. sz vtrūq; facit in alterꝝ quoddā. Terciuz qd̄ subijcit vtiq; vel in plura sicut platonici qui plura ponūt subiecta materialia. subiecta ꝯrarijs ex q̄bꝫ dicūtur parati materiā naturaliū entiū. Secda rō. ꝑncipiū simplr rerū naturaliuz debet esse ens simplr z substātia nō existens in aliquo subiecto sed stans p̄ se. sed ꝯraria nō sunt substātie aut ens per se. ergo p̄ter illa necesse est esse terciā naturā q̄ sit ꝑncipiū cuz illis ꝯrarijs. Maiorē ꝓbat. q̄ si ꝑncipiū esset in aliquo sicut in subiecto esz ꝑncipiatū. eo q̄ esz ex aliquo alio. qd̄ est ꝯra rōnem ꝑncipij. Minorem ꝓbat. quia ꝯraria nō nō sunt substātia alicuius eoꝝ que sunt. sz sunt potius forme eoꝝ ſm quas qualia dicūtur. sed ꝑncipiū debet eē subiectū. q̄ subiectuz est ꝑus p̄dicato. z ꝑncipiuz p̄dicari qd̄ est in subiecto

Amplius nō esse dicimus substantiā ꝯrariā substantie Qualiter igitur ex nō substātijs substātia vtiq; erit. Aut quō ꝑus nō substātia. substantia erit. vñ si aliq̄s z priorem veram putabit esse rōnem z hanc necessarium est. si debet saluare vtraq; ipsas subesse quoddam tercium.

¶ Hic ponit terciā rōnem. Si ꝑncipia essent solum duo ꝯraria. z nō terciū qd̄ ē sicut subiectū. seq̄tur q̄ ex nō substātia esset z fieret substātia. z q̄ non suba esset ꝑus suba sz vtrūq; est inconuenies dicere. ergo nō sunt tm̄ duo ꝑncipia. sed req̄ritur terciū. Sequlam ꝓbat. q̄ ꝯraria non sūt substātie. eo q̄ suba nihil est ꝯrariū. et vna suba nō est alterī ꝯraria. ergo ꝑncipia ꝯraria ſm se accepta nō sūt substātie. z p̄ ꝑns si nō poneret aliud cū ꝯrarijs ex nō substātia fieret suba. Et q̄ secm̄ sequat erias ꝓbat. q̄ cū ꝯraria ſm se nō sint suba. z ponātur esse ꝑncipia tūc sunt ꝑora substātie sicut ꝑncipia ꝑncipiata. Concludit ḡ phūs q̄ si aliq̄s vtraslibet rōnes veras esse supponat. scilz q̄ ꝑncipia sint ꝯraria. sicut dudū ꝓbatū est. z q̄ ꝑncipia substantie nō p̄nt esse sola ꝯraria. sicut nūc probatū est. oportebit eum necessario plura dicere principia q̄m duo. ponit em̄ tercium materiā scz. q̄ subijcit duobꝫ ꝯrarijs ꝑmis

Quēadmodū dicūt vnā quādaz naturā dicētes oīme. vt aquā. aut ignem. aut mediū horū. Videtur aūt mediū magis. ignis em̄ z terra. z aer z aqua cū ꝯrarietatibꝫ ꝯplexa sunt. vñ non irrōnabiliter faciūt subiectū alterū ab his facientes. alioꝝ aūt q̄dam aerem. aer em̄ minime hz alioꝝ dr̄ntias sensibiles. consequēter aūt aquā. pessime aūt ignem. Sed oēs vnū hoc cōtrarijs figurant. vt densitate z raritate. z eo qd̄ maius z minus. hec aūt sunt oīa excellentia videlicz z defectus. sicut dictū est ꝓius. Et videtur antiqua esse opinio. q̄ vnū z superabūdantia z defectus ꝑncipia rez sunt. sed non eodē mado Sed antiqui duo q̄dez facere. vnū aūt pati ex parte passiui. posteriorū aūt q̄dem ꝯrariū. vnū q̄dem facere. duo vero pati magis dicūt. Tria q̄dem igitur dicere elementa esse. z ex his z hmōi alijs intendentibꝫ videbit vtiq; habere quādā rōnem sicut diximus

¶ Hic ꝓbat autoritate antiquoꝝ q̄ nō sufficiant duo ꝯraria. sed req̄ratur terciū ꝑncipiū qd̄ sit subiectū illoꝝ Dicens q̄ eodē mō dixerūt illi antiq̄ qui oīme qd̄ est dixerūt esse vnā materialem naturā. sicut ignē. aut aquaz aut mediū inter ista. Et ꝓparando illas dr q̄ melius dixerūt qui dicūt mediū esse subiectuz ꝯrarioꝝ q̄m qui ponūt alīq̄ quod elemētū subiectū esse illoꝝ ꝯrarioꝝ. Cuius rōnem

dicit esse. qz elementa distincta sunt excellentijs ꝓtrariozꝫ sed qui mediū inter elemēta posuerunt, ideo posuerūt. qa dixerūt ipsum nullū ꝓtrariozꝫ actu habere Et eadē rōne ponētes aliquod elemētozꝫ hmōi subiectū melius dixerūt ponētes aerem. qz ls aer sit potētialr calid⁹ z humidus. tñ ꝑm actuz nullū ꝓtrariū habet in excellētia Post hos meli⁹ dixerūt ponētes aquā. pessime ꝯo ponētes ignē Omnes tñ antiq ponētes vnā materiā dixerunt ipsam distingui a ꝓtrarijs. Quidā em̄ dicūt ipsam distingui z figurari raritate z densitate. qdam magno z puo q vl̄ter dicta sunt in excellentia z defect⁹ qđ est additio z ꝯminutio Videt em̄ antiqua opinio pythagoricoꝫ esse q̄ ꝑncipia rerum naturalium sint tria scz vnuz quod est natura media z supabundantia z defectus Sed antiqui non eodem mō ista ponebāt esse ꝑncipia Antiq em̄ dixerunt q̄ duo q̄ sunt ꝓtraria facit̄ z sunt actiua z vnum quod est natura media inter ea patiꝫ z est passiuū Posteriozum aūt qdam sicut plato dixerūt q̄ vnū quod est cōmune ꝓtrariozꝫ facit z duo patiunt q̄ sunt ꝓtraria. Concludit ḡ pbus dicēs q̄ ex hijs dictis potest aliqs ꝑsidere q̄ ꝑncipia dicere esse tria habet quādam rationem

Plura autem tribus non amplius. ad patiendū quidem enim sufficiens est vnum. Si autem quattuoꝫ existentibus due erunt contrarietates. oportebit seorsum. vtrisqz esse alteram quandam naturam mediam. Si autem ex inuicem poterit generare ociosa vtiqz altera contrarietatum erit. Simul autem z impossibile est esse plures contrarietates primas. Substantia enim vnum quoddam genus est entis quare in eo q̄ prius z posterius sunt. differunt ab inuicem principia tantum. sed non genere. semper em̄ in vno genere contrarietas est vna. Omnes em̄ contrarietates reduci videntur in vnam. Qꝫ quidē igitur neqz vnum sit elementum. neqz plura duobus vel tribus manifestum est. horum autem vtrum sit verum quemadmodum diximus dubitationē habet multam.

¶ Ista est quarta pars scdi capituli in quo pbs oñdit duabus rōnib⁹ q̄ nō sunt plura ꝑncipia rez naturalium q̄ꝫ tria Prima rō est Ad patiēdum sufficit vnū. z duo que sunt ꝓtraria sufficiūt ad agēdum. ḡ nō sunt plura q̄ꝫ tria Secunda rō. Si essent plura ꝑncipia q̄ꝫ tria puta q̄ttuoꝫ. tunc essent due ꝓtrarietates eq̄ ꝑme. sed est impossibile esse duas ꝓtrarietates eq̄ ꝑmas. ḡ impssibile est esse q̄t tuoꝫ vl̄ plura ꝑncipia q̄ꝫ tria. Minorē ꝓbat dupl̄r. ꝑmo qz si essent due ꝓtrarietates eq̄ ꝑme oporteret q̄ haberēt duo subiecta eq̄ ꝑma. qz subiectū vnū nō est susceptibile ꝑmo nisi vni⁹ ꝓtrarietatis. z sic in gñe trāsmutabiliū nō sufficeret vnū ad patiendū Qꝫ aūt vnū subiectū non est susceptibile nisi vni⁹ ꝓtrarietatis ꝓbat Albt⁹. qz oīs potēcia in vno gñe est vni⁹ actus tm̄ z oñe mobile siue mutabile susceptibile est vni⁹ actus ꝑmi q̄cūqz sit ille. qz aliter non esset ordo in mobilib⁹. nec esset descensus a cōi ad spēalia. ꝑmo āt actui nō ꝓtrariat nisi vna ꝑuatio. ḡ primū subiectum nō est susceptm̄ nisi vni⁹ ꝓtrarietatiꝫ Nec ꝑt dici q̄ due sint ꝓtrarietates q̄ gñantur ex vna materia ita q̄ mutatio. mō sit ex vna mō ex alia ꝓtrarietate. qz tūc altera esset ociosa cum vna eaꝝ sit sufficiēs. natura āt cum sit ordinatissima nō abundat in superfluis nec deficit in necessarijs. Sedo ꝓbat eādem minorē scz q̄ impossibile est esse duas ꝓtrarietates eq̄ ꝑmas In vno gñe est tm̄ vna ꝑma ꝓtrarietas. sed suba est vnū genus entis. ḡ in ipa est tm̄ vna ꝑma ꝓtrarietas z non plures eq̄ ꝑme Maiorē ꝓbat. qz ꝓtrarietates genez nō dñt in ꝟ q̄ plures sint eq̄ ꝑme. sed in ꝟ q̄ qdam ꝓtraria sunt ꝑora qdā posteriora. semp em̄ ꝓtrarietates oēs in aliq gñe reducūt ad ꝑmā ꝓtrarietatē illi⁹ gñis z oēs ꝓtrarietates q̄ sunt in alijs gñibus reducunt in ꝑmā ꝓtrarietatē ꝑmi gñis qđ est ꝑncipiū z subiectū alioꝫ. Deinde epilogat dicēs q̄ ex dictis manifestū est q̄ nō est tm̄ vnū ꝑncipium nec plura duob⁹ vl̄ trib⁹. horū aūt scz vtrum sint duo ꝑncipia vel tria multam hz adhuc dubitatōem. ls nō sit dubiuz qn̄ sint plura vno. z non sint plura tribus.

Sic igitur nos dicamus primum de omni genere ratione aggredientes Est enim ꝑm naturam communia prius dicere. z sic circa vnumquodqz propa speculari. Dicimus enim fieri ex alio aliud. z ex altero alterum aut simplicia dicentes aut composita Dico autem sic hoc. Est enim hoc fieri hominem musicum Est autem non musicum aliquid fieri musicum Aut non musicum hominem fieri hominem musicum Simpliciter quidez igitur dico quod fit hominem z non musicū z quod simpliciter fit musicum. Compositum autem z quod fit z quod factum est cum non musicum hominem dicamus fieri aut musicum aut musicum hominem.

¶ Istud est terciū capitulū tractat⁹ tercij in q̄ pbus determinat de ꝑncipijs demōstratiue oñdēdo qūo sint ꝑncipia. Diuidit aūt in ꝑres ꝑncipales. In ꝑma oñdit q̄ ad oīne fieri ꝓcurrunt necessario tria. In scda oñdit q̄ modo illa tria sint ꝑncipia. Primaꝫ diuidit in duas ꝑticulas In ꝑma facit qđ dcm̄ est. In scda ꝓcludit tria esse in oīni fieri necessaria In ꝑma duo facit. ꝑmo p̄mittit q̄dam necessaria ad ꝓpositū oñendū Scdo oñdit ꝓpositū. q̄ ad ꝑmū duo facit. ꝑmo ponit diuisionem. scdo ponit dñam int̄ membra diuisionis Quantū ad ꝑmum p̄mittit intētōem suam z ordinē dicēdoꝫ dicēs. q̄ oportet determiare de oīni generatōe. z ꝓcruit ꝑmo dicere q̄ ꝑm naturā cōia sunt q̄ sunt de mobili ꝑm se non ꝓtracto ad materiā. Deinde in alijs libris seq̄ntib⁹ speculandū est circa vnūquodqz ꝓpriam ei⁹ gñatōnem z ꝓpria ꝑncipia ei⁹ Quo sic p̄misso ponit vnam diuisionē dicēs. q̄ loq̄ndo in vl̄ dicim⁹ aliq̄n fieri aliud ex alio ꝑm mutatōnem in suba. z aliq̄n dicim⁹ alteꝫ fieri ex altero ꝑm mutatōnem in accñtib⁹ Et vtroqz mō ꝓtingit assignare terminos vel simplices vl̄ ꝓpositos Et si ꝓcetur ꝑ terminos simplices hoc ꝓtingit dupl̄r. qz vl̄ supponit subiectū tm̄. vel supponit ꝑuatio siue alteꝫ ꝓtrarioꝫ tm̄. Compositū aūt ꝓcat q̄n supponit subiectū cū ꝑuatōe p̄mixtū. Exēplificādo dicimus simplex subiectū fieri q̄n dicim⁹. hō fit musicus. Simplicē aūt ꝑuatōem dicim⁹ fieri q̄n dicim⁹ immusicus fit musicus. Compositū aūt sicut quando dicimus homo immusicus fit musicus. Et sicut ex parte subiecti fit illa multiplex significatio. ita potest fieri ex parte ꝑdicati quod est terminus mutatōnis. dicimus enim homo fit musicus. vel homo fit homo musicus. sed non dicimus. hominem vel musicum fieri hominem. quia subiectum est nunq̄ terminus mutatōis vel motus

Horum autem quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri. sed etiam ex hoc vt ex non musico musicum. hoc autem non dicitur in omnibus vt ex homine factus sit musicus. sed homo factus sit music⁹ Eorum autem que fiunt sicut simplicia Dicimus fieri aliquid quidem permanens fit. aliud vero non permanens. homo quidem enim permanet musicus factus est. ⁊ homo est. sed non musicū ⁊ immusicuz neqz simpliciter. neqz ꝯpositum permanet

¶ Hic pⁿus ponit duas differentias membroꝝ dicte diuisionis. Prima est sumpta ex parte modi loquendi. quia quādo assignant termini vt compositi tunc vti possumus duplici modo loquendi. scz nominatiuo ⁊ ablatiuo vt dicendo ex homine immusico fit musicus. vel homo immusicus fit musicus. Sed quādo termini ꝓcantur vt simplices tunc vtimur ꝓprie vno modo loquendi. scz vel in nominatiuo vel in ablatiuo. Si enī subijciat ꝑuatio solatunc vtimur ablatiuo dicendo ex immusico fit musicus. Sz qñ subijciat solum subiectū. tunc vtimur modo loquendi in nominatiuo sicut dicim⁹. homo fit musicus. ⁊ non dicimus ex homine fit music⁹. Cuius diuersitatis rōnem ponit Alb⁹tus. qz ex. notat originē motus. ⁊ in origine motus aliqd abijcit. sed ꝑuatio est hoc quod in motu abijcitur. ḡ debet ꝓponi sibi illa ꝓpositio ex. Sz nihil subiecti abijcit in motu. ideo sibi non ꝓponit illa prepositio.

Secōam differentiam ponit pⁿus. qz in transmutatione ad formam qñ ꝓcatur subiectū fieri tūc hoc ꝑmanet sub forma. cum enī dicim⁹ homo fit music⁹. homo ꝑmanet in motu. Sz qñ ꝓcatur simplex ꝑuatio. vt etiam ꝓposita cum subiecto tūc nō ꝑmanet quod fieri dr. sicut cum dicim⁹ immusicū fit musicū. vt homo immusicus fit music⁹. ibi immusicū nō manet siue ꝓcat vt simplex siue vt ꝓpositū

Determinatis igitur his ex omnibus que fiunt hoc est accipere si aliquis intenderit sicut diximus. quoniam oportet aliquid semper subijci quod fit ⁊ hoc in numero est vnum. sed specie non vnū est Specie enī vnū dico ⁊ ratione idem. non idem enī est homini ⁊ immusico esse Et hoc quidem ꝑmanet. illud vero non ꝑmanet. non oppositum quidem ꝑmanet homo enī permanet. musicum autem ⁊ immusicum non ꝑmanent. neqz ex ambobus compositum. vt nō musicus homo. Sed ex aliquo fieri aliquid. ⁊ non hoc fieri aliquid magis quidem dicitur in non permanentibus. vt ex non musico musicum fieri. ex homine autem non. Atuero ⁊ in permanētibus aliquādo similiter dicitur. ex ere enī statuam fieri dicimus non es statuam. hoc tamen ex opposito ⁊ non ꝑmanenti vtroliet dicitur ex hoc hoc. ⁊ hoc hoc. Et nāqz ex immusico ⁊ īmusic⁹ fit musicus. vnde etiam in composito similiter est. etenim ex immusico homine ⁊ immusicus homo dicitur fieri musicus

¶ Hic pⁿus ostendit ꝓpositū scz ꝙ tria requrunt in oī fieri. ⁊ duo facit. ꝓmo oñdit quale est ⁊ qđ subijcit in fieri. Secōo oñdit suppositū illud videlz ꝙ necesse est in oī fieri aliqd subijci. Quātum ad ꝓmum dr ꝙ ex ꝑdeterminatis oꝑtet accipe ꝙ in oī transmutatōe necesse est aliqd subijci ei quod fit Et hoc est vnum numero. sed specie non est vnum sed duo Et hoc secōm scz ꝙ subiectū mot⁹ est vnum numero ⁊ spē duo. ꝓbat duab⁹ rōnib⁹ Prima est. Si subiectū in motu esset idez spē esset etiā idē ratione. sed non est idem rōne. ḡ non est vnum specie Ratiorem ꝓbat. qz ꝓ eodem accipit idem spē ⁊ idem ratōne Minorē ꝓbat. qz quādo ex homine immusico fit musicus tūc homo immusicus est vnum subiectuz numero. ⁊ tñ duo rōne. qz est alia ratio hominis ⁊ alia ratio immusici. eo ꝙ ꝑmanentis ⁊ non ꝑmanentis non ꝑt esse vna ratio. qz id quod est subiectum manet ⁊ altez ꝓtrariorum nō manet in toto motu sicut homo manet ⁊ immusicū abijcitur. ⁊ sic non manet. neqz ꝓpositum ex homine ⁊ immusico manet. Secōa ratio Illa nō sunt idem rōne inq⁹ bus est diuersus modus loqndi. sed est diuersus mod⁹ loquendi quo dicimus significari fieri subiecti ⁊ alteri⁹ oppositi. ergo sunt diuersa ratione. Minorem ꝓbat. qz quando subijcitur id quod non permanet vt priuatio vel etiam subiectum cum ꝓpriatione. tunc dicimus ex hoc fieri hoc in ablatiuo. sed quando subijcitur subiectū tantum tunc dicimus hoc fieri hoc in nominatiuo. verum est tamen ꝙ aliquando etiam in ꝑmanentibus seu subiecto vtimur modo loquendi in ablatiuo ⁊ hoc fit quando in nomine ꝑmanentis seu subiecti importatur priuatio ad formam sicut cupreum se habet ad statuam vt infiguratum. ⁊ accipiat figurarōnem per artem. Et ita se habet semen ad id cuius est semen. ⁊ sic dicimus ex ere fit statua. ⁊ ex semine fit animal. ⁊ non dicimus es fit statua. Etiam dicit pⁿus ꝙ vterqz modus loquendi conuenit opposito non ꝑmanenti in motu. qz in ipo dicim⁹ hoc fieri hoc. ⁊ ex hoc fieri hoc. sicut immusicum dicim⁹ fieri musicum. ⁊ ex immusico dicimus fieri musicum Et similiter in composito obseruatur vterqz modus loquēdi. dicimus enī ex immusico homine fit music⁹. ⁊ immusicus homo fit musicus. sed tamen vnum illorum dicit gratia subiecti. ⁊ alterum gratia priuatōnis. quando enī dicitur immusicum fit musicum. licet ibi priuatio subijciatur. tamē quia vna numero. est cum subiecto. ideo gratia subiecti conuenit sibi modus loquendi in nominatiuo. ⁊ sic patet ꝙ subiectum est aliquo modo vnum ⁊ aliquo modo duo in omni fieri

Multipliciter igitur cum dicatur fieri. ⁊ horuz quidem non simpliciter fieri. sed hoc aliquid fieri. simpliciter autem fieri substantiaꝝ solum est. ſm qđ aliorum. manifestum ꝙ necesse est subijci aliquid ei quod fit. Et tm quantum ⁊ quale ⁊ ad alterum quādo ⁊ vbi fiunt in subiecto aliquo ꝓpter illud ꝙ sola substantia ꝛc nullo alio dicitur subiecto. sed omnia alia ꝛc substātia Qđ aūt ⁊ subē ⁊ q̄cūqz alia simpliciter entia ex quodam subiecto fiunt consideranti vtiqz fiet manifestū. semper enī aliquid est quod subijcitur ex quo fit quod fit. vt plante ⁊ animalia ex semine.

¶ Hic ꝓbat ꝑmū videlz ꝙ in oī muratōe necē est aliqd subijci Et ꝟ ꝓbat duab⁹ rōib⁹ q̄ꝝ ꝓma sumit ex pte eoꝝ q̄ fiūt. scōa ex pte modi fiendi Prima ratio ꝑt sic formari ſm rectū. Dis trāsmutatio vl est transmutatio simpl. vl est trāsmutatio ſm qđ. sed in omni tali necē est aliq

qđ subĳci. ℊ in oĩ mutatõe neĉe est aliq̃d subĳci. Quia ioꝛ declarat sic. qꝛ q̃dam dicunt fieri nõ simplr sed ꝑm aliq̃d sic q̃ alterant ⁊ augent. Quedam ꝯo dicunt fieri simplr sic sube. Minoꝛem ꝓbat ꝓmo in mutatõib⁹ accñtiũ q̃ dicunt gñatões ꝑm qđ. qꝛ ꝯtum et q̃le ⁊ vbi non fiũt nisi in subiecto aliq̃. eo ꝙ sola substãtia est q̃ nõ est in subiecto sic ꝙ nõ ꝑdicat denoiatiue de subiecto ⁊ oĩa alia dicunt denoiatiue de suba ⁊ sunt in ipa sicut in subiecto. Scđo ꝓbat minoꝛẽ de gñatõne ⁊ mutatõne simplr q̃ est sube. qꝛ qđ simplr fit fit ex aliquo subiecto. sic̃ qñ plãte ⁊ aialia fiunt ex semine subĳcitur materia ex ꝓuatione ad habitum procedens

Fiunt autem que fiunt simpliciter. alia quidem transfiguratione vt statua. alia vero appositione vt que augmentãtur. alia vero abstractione. vt ex lapide mercurius. compositione autem. vt domus. alteratione vero. vt que conuertunt ꝑm naturam. Omnia autem que sic fiunt manifestum est quoniam ex substantijs fiunt

¶ Hic ꝓbat ꝙ in oĩ mutatõne neĉe est aliq̃d subĳci rõne sumpta ex modo fiendi dicẽs. Eoꝛ q̃ fiunt alia fiũt trãsfiguratõe. vt statua ex infigurato figurat. Alia fiunt appõne siue ptiũ additõe sic̃ q̃ augent ꝙ extrinsecã appõnem. sic̃ mons fit ex additõe terre sup terrã. Alia abstractione ptium. vt ex lapide fit mercuri⁹. Quedã compõne diuisoꝛ. sic̃ domus. Quedam alteratõe. sic̃ illa q̃rum materia alteratõne q̃litatum ꝓmaꝛ ꝙuertit. sic̃ ex semine fit caro ⁊ os. ⁊ ex luto fit later. sed in oĩb⁹ illis est aliq̃ suba q̃ subĳcit eoꝛ fieri vt manifestũ est. ⁊ ꝙ ꝙsequẽs in omni mutatõe necesse est aliquid subĳci.

Quare ostẽsum ex dictis est. quoniam quod fit semper compositum est. ⁊ est aliquid q̃dem quod fit. est autez aliquid quod hoc fit. ⁊ hoc dupliciter. aut eĩ subiectũ. aut oppositũ. Dico autem oppositũ quidem non musicum subĳci aũt hominem. ⁊ in figurationem ⁊ in ordinationẽ ⁊ in formationẽ oppositus Es aũt ⁊ lapidem ⁊ aurũ dico subiectum

¶ Hic ꝓbus ex dictis ꝙcludit ꝑncipale ꝙpositum videlz ꝙ tria sunt ꝑncipia necessaria in oĩ fieri dicens. ꝙ ex dictis manifestũ est ꝙ hoc quod fit semꝙ ꝙpositũ est ex materia ⁊ ꝓuatõne. qꝛ cum fit aliq̃d siue fiat simplr. siue ꝑm qđ semꝙ est in eo duplex quod fit scz subiectũ ⁊ oppositũ habitui. vt qñ fit musicũ tũc oppositũ habitui ẽ nõ musicũ siue imusicũ ⁊ subiectũ est homo. Simlr inordinatio ⁊ informatio opponunt ordinatõi formatõi ⁊ sic de alĳs Es aũt ⁊ lapis ⁊ huiusmodi sunt subiecta manentia in toto fieri.

Manifestũ igitur ꝙ si quidem sunt cause ⁊ principia eoꝝ q̃ ꝑm naturã sunt ex quibus primis sunt ⁊ fiunt non ꝑm accidens. sed vnumquodꝙ quod dicit ꝑm substãtiam qđ fiat ex subiecto ⁊ forma. cõponit eĩ musicus homo ex homine ⁊ musico quodam modo. Resoluens eĩ rationes in rationes eorum. Manifestũ est igit ꝙ fiãt q̃ fiunt ex his

¶ Ista est secũda pars ꝑncipalis tercĳ capĳ in qua ostẽdit quõ illa tria sint ꝑncipia. ⁊ diuidit in duas ptículas In ꝓma oñdit diuersitatẽ ꝑncipioꝝ penes ꝙ se ⁊ ꝙ accñs

In scđa determĩat dubitatõem motã in fine scđi capĳ de nũero ꝑncipioꝝ an scz sint duo an tria. ⁊ qꝛ vno mõ sunt duo. alio mõ tria. ideo manifestat q̃liter sint duo ⁊ q̃liter tria dicẽda ꝑncipia In ꝓma ptícula duo facit. ꝓ ꝓbat ꝙ materia ⁊ forma sunt ꝑncipia ꝙ se rei naturalis. Scđo oñdit ꝙ ꝓuatio est ꝑncipiũ ꝙ accñs rei naturalis. Quãtum ad ꝓmũ intẽdit ꝓbare ꝙ materia ⁊ forma sũt ꝑncipia ꝙ se eoꝛ q̃ fiũt a natura seu reꝝ naturaliũ tali rõe. Illa sunt ꝑncipia ꝙ se reꝝ naturaliũ ex qb⁹ ꝙ se ⁊ non ꝑm accñs sunt ⁊ fiunt res naturales. sz res naturales sũt ⁊ fiunt ꝙ se ex materia ⁊ forma. ℊ materia ⁊ forma sunt ꝑncipia ꝙ se Minoꝛẽ ꝓbat. qꝛ ex illis sunt ⁊ fiunt ꝙ se ea q̃ sunt ⁊ fiunt in q̃rum rões resoluunt rões eoꝛ q̃ sunt ⁊ fiunt. sz rões eoꝛ q̃ sunt ⁊ fiũt resoluunt in rões materie ⁊ forme. ℊ illi⁹ ꝙsyllogismi minoꝛẽ ꝓbat explanat in mutatõe accñtali q̃ ex hoie imusico fit music⁹. vt hõ ẽ music⁹. qꝛ rõ hois musici resoluit in rões homis ⁊ musici Cum ℊ ex eisdem res ꝙponunt in que resoluunt. ꝓz ꝙ res naturales ꝙ se ꝙponunt ex materia ⁊ forma

Est autem subiectum numero qđem vnum. specie vero duo. homo quidem eĩ ⁊ aurum ⁊ omnis materia numerabilis est. hoc enim aliquid magis ⁊ non ꝑm accidens ex ipso fit quod fit. ꝓuatio autem ⁊ contrarietas accidens. vnum autem est species vt ordinatio. aut musica. aut aliorum aliquid sic predicantium.

Utrum locus sit equalis locato. Queniatq; vltime sphere siue celo esse in loco. Et videtur ꝓmo q̄ locus nō sit equalis locato. quia equalitas est rerū dr̄ntium eadem q̄ntitas. sed nō est eadem quātitas etiā ꝑm speciē loci et locati. ergo nō est locus equalis locato. Minor p̄batur. quia locus habet duas dimēsiones. et locatū tres. sed ille quātitates specie differūt. sicut patz de superficie et corpe. Secūdo sic. Oīe circūdans z ꝓtinens est maius circūdato z ꝓtēto. locus circūdat et ꝓtinet locatū. ergo est ip̄o maior. Maior patz ad sensum. q̄ vas ꝓtinēs vinū. est vino maius. z cēis similiter. Tercio sic. Cōtinens hoc et illud est mai? eo q̄d ꝓtinet hoc tantū. sed vltima superficies locantis ꝓxime tangens locatū ꝓtinet ℏ et illud. superficies vero locati ꝓtinet hoc tm̄. ergo maior est superficies ꝓcaua locantis. q̄ ꝓnexa locati. Minor p̄batur. quia superficies locantis ꝓtinet locatū. et cū hoc ꝓtinet corpus locans. eo q̄ oīe corpus ꝓtentū est inter suos terminos. sed superficies locati nihil ꝓtinet nisi corpus locatum Quarto sic. Si locus esset equalis locato. sequeretur q̄ supra idem centrum circulo non mutato possent describi duo circuli equales sibi et locato. quorū vnus alterū contineret quod ē impossibile nec imaginabile. et ꝓtra Euclidē. dicentē impossibile esse duos circulos equales describi supra idē cētrū. Sequela ꝓbatur. qa superficies locantis et locati sunt tāq̄ duo circuli super idē centrū Quinto sic. q̄ celū nō sit in loco. ꝓbatur per ph̄m in textu Dicentē q̄ illud corpus cui nō inest habere aliquod corpus extra se minime esse in loco. sed celum nō habet aliquod corpus extra se. vt ꝓbabitur ꝓmo celi ergo celū nō est in loco. Sexto. Si celū esset in loco. vel esset in loco p̄ se vel per accīs. neutr̄ potest dici. Nō p̄m qz ip̄m ē ꝓmū locās. nec hz corp? ꝓtinēs extra circūdās ip̄m. Nec 2m. qz tūc moueretur per accīs. qd̄ ē inc̄ueniens. cū ipsuz sit ꝓmū mobile. sed qd̄ per accīs alicui ꝓuenit. nō ꝓuenit q̄ ꝓmo. cū oīe per accīs ꝓsupponit p̄ se. Septimo. Si celū esset in loco. ip̄m esset per accīs in loco. vt dicit in textu. sed hoc nō. quia vel esset per accīs id est per partes vel per centr̄. Si per partes. tunc essent partes ꝑus in loco q̄ totum. quod est ꝓtra ph̄m in textu dicentē. q̄ partes in toto sunt solū poña in loco totius. et nō ꝑm actū. Nō per centrū. quia centr̄ est est extrinsecum circulo Octauo sic. Sicut est de vna sphera. ita videt esse de oīmbus. sz inferiores sunt in loco per se. et nō grā centri. ergo z suprema nō erit in loco gratia centri. Dz

ior probatur. quia sicut suprema figitur circa īmōbile cētrum. ita oīes alie. Minor est nota. ¶ In oppositz est ph̄us. quo ad ꝓmū quesitū in quarto capitulo. ponēs hanc loci ꝓprietatē. Quo ad secundū in sexto Dicēs animā et celū esse in loco per accidens. Pro responsione est primi discursus

Maior. Pulcherrima est dfinitio. que est dem̄ stratiua passionis dsubiecto Minor. Dfinitio loci est huiusmodi. q̄uis ex ꝓprietatibz inuestigata sit a posteriori. Conclusio Igitur ex loci dfinitōe Quinc̄it q̄ locus suo locato equat̄.

¶ Maior patz per ph̄m in textu. vbi ph̄s ponit quattuor requisita ad hoc. vt definitio loci sit suffitiēter inuestigata. quoz ꝓmū est. vt per eam ostēdatur quid locus sit Secundū. vt per eam soluant̄ oēs difficultates et questiones circa locum Terciū. vt per illam definitōez appareat causa ꝓpter quā accidētia z proprietates que apparēt sensibiliter ineſſe loco. insint sibi. q̄m per definitionē perfectā debent apparere cause ꝓprietatū et accidentiū sensibiliū. q̄ insunt definito. Quartū vt p illā pareat causa difficultatis et discordie in opinionibus circa locū. et subdit. q̄ cū talis habet̄ definitio. tunc pulcherrime definitur vnūqd̄q̄. Ex quo patz. q̄ negantes definitionē passionis eē medium demōstrationis. potissime male adducunt opiniones sue testē ph̄m in hoc textu. cū notanter dr̄. q̄ nō sufficiat definitio. dicens q̄d subiecti. sed ꝓter hoc requirit. q̄ dicat ꝓpter q̄d passiōis. et ergo magis est ꝓtra eos qd̄ allegant ꝑ opinione sua. ¶ Minor pater. facile inducendo demōstratiōes singulaz ꝓprietatū. includit em̄ cāz ꝓme per hoc q̄ est terminus corporis ꝓtinentis. et tercie per ℏ q̄ est imobilis. et secūde per ℏ q̄ dr̄ primū. Et alia rum duaruz causas includit collectio oīm particulaz definitionis. Sed quod addit in ꝓpositione q̄uis sit inuestigata ex ipsis a posteriori. patz ex textu vbi ph̄us inuestigat eam ex ipsis. Et ratio. quia innata est nobis via ꝓcedendi ex nobis notioribus. et quia ꝓprietates nobis notiores sunt subiectis. z effectus notiores causis. inc̄ꝫtum sensui vnde nostra noticia ortū sumit ꝓmo posteriorz sz ꝓpinquiores Nec obstat quin alio ordine. et via nature z a priori ip̄e demōstret easdem passiones ineſſe subiecto. vt patz ꝓmo posteriorz. ¶ Conclusio patz. quia ex definitione habet̄. q̄ locus est superficies corpis ꝓtinentis et locantis. per quā corpus locans ꝓtiguat̄ corpori locato. et hoc habetur ex hoc q̄ dr̄ in definitōe ꝓmū. qd̄ tantum valet. sicut proxime z imediate Et p ꝓcēns ꝓuinc̄it q̄ locus sit locato equalis. quia locatū ꝓtiguatur corpori locanti. sed ꝓtigua sunt. quoz vltima sunt simul. igitur vltimū locantis ē simul cū vltimo locati. hoc aūt vltimū ē superficies. que est indiuisibilis ꝑm ꝓfundū. oīe em̄ vltimum z terminus. vt huiusmodi est indiuisibilis. et sic duo vltima q̄n sunt simul. nō plus occupāt q̄ vnū corpoz seorsuz. q: indiuisibile additū indiuisibili ex ea parte qua indiuisibilia sunt. nō facit̄ maius. ¶ Preterea Si detur oppositū. oporteret q̄ vel locus excederet locatuz. vel econtra. sed ℏ ē impossibile. q: tūc vl locus eēt sine locato qd̄ ē ꝓtra tercia ꝓprietatē. vl eēt aliqd̄ corp? sine loco. qd̄ est ꝓtra q̄ntū ꝓprietatē ¶ Alterius discursus

Maior. Hoc corpus ꝑ se z ꝓxie in loco eē dr̄. quod aliquo sibi extrinseco corpore circūscribitur.

Minor. Celum mobile primū. nō habens extra se corpus vllum. figitur circa īmobile centr. Cōclusio. Igitur cuius celum vltimū non sit in loco per se z proprie. est tamen per accidens in loco grā cētri.

¶ Maior est phi in textu Et ōt sic pbari rōe. Oē illud corpus et solum illud qđ ē in vltimo corporis ptinēs est per se in loco. sed oīe corpus z solum corpus hūs extra se corpus circūscribēs z ipm ptinens est in vltimo corpis ptinentis. g illud solū qđ corpe sibi extrinsece circūscribitur est p se z pprie in loco. Maior est nota ex definitiōe loci. Minor ē nota. qz corpus extra ptinens et vltimū suum nō separat. ¶ Minor cuius ad pmā ptē ōt. q celum pmū mobile nō habeat extra se corpus. Pro cuius declaratione considerandū ē. q celū accipit tribus modis. vt dr pmo celi. Vno mō p aggregatōe oīm corpor. et p tota vniuersitate corpor. z sic celū nolat totū mūdū seu vniuersum corporeū. Secūdo modo accipit p oībus corporibus circulariter motis. in cuius distinguunt ab elemētis. et vocat quinta essentia Tertio modo accipit p vltima sphera. et siue illa sit decima vel octaua. nō ē ad pns determinandū. sed spectat ad scām de celo et mūdo. hoc solū ē hic accipiendū q sit vltimū celū. z pmū in ordine mobiliū de q octauo physicor tractabit. et q extra illud nullū sit corpus habet pbatum pmo celi. Sed alia pars q celus figat circa centrum īmobile patz p pm pmo celi. q ōt q si celū mouetur motu sempiterno. necesse est terraz in medio qescere. sz terra est centrum vel ponitur in centro pmi mobilis. ergo pmū mobile necessario figitur circa īmobile centrum. Nullū em corpus circulariter mouet nisi moueatur sup aliquod corpus stans qetum. lz etiam celū in se moueat. manet tamen semp in eadē habitudine ad cētrum. ita q nō ascendit nec descendit. sed manet in eadez distantia ad ipm. et hoc ē celum figi in motu suo circa īmobile centr. Et hoc ē qđ ōt phus pmo celi. quādo dicē motū celi esse circa mediū p hoc distinguens ipm a motibus elementor. qui sunt vel a medio vel ad mediū.

¶ Conclusio habet duas partes. Prima ōt suppositiue q celum vltimū seu supma sphera nō est in loco per se Secūda ōt. q ē per accns in loco. quia p centrum. Pro cuius intellectu sciendū q multe fuerunt opiniones de celo tercio mō dicto. seu de suprema sphera vtrum sit in loco quar vna fuit Johānis grāmatici dicentis celum cē in vacuo. Dixit em q distātia que ē terminata ad exteriorem superficiem celi pmi esse locū. et illā distantiā differre pm esse a distantia corpor que sunt in ipsa Alia etiam fuit opinio Anempache dicēs. q sphera pm q sphera nō est in loco nec p se nec per accns. Tercia fuit opinio Auicenne. q in hoc Alexandrū sequit. q celū nō est in loco sicut nec mot⁹ eius. sz in situ. Omniū illarū opinionū motiua z rōes eas destruentes ponit Albertus in cōmento quarti physicor tractatu pmo capl̄o decimotercio. Ideo ipis dimissis dixerūt alij magis seruantes dictum phi q dixerūt supmū celum nō esse p se in loco. eo q nō hz corpus ptinēs ipm. vt patz in textu et in pmissis huius discursus. sed per accns. Et hūdiuersificati sunt Nam quidam dicunt sicut Themistius z beatus Thomas. celū esse in loco p accidens. id est per partes. Dixit em Themistius. q celus vltimū seu tercio modo dictum sit in loco. ratione suarū partiū intrinsecaruz. que sunt in cōcauo eius. q niam iste partes mouent circa pnexum corporis. quod reuoluunt. et illud pnexum quasi circundat eas. li

cet sit intra orbem. et ita ponit q suprema sphera est in loco per partes. z nō pm se totā. cum nō habeat extra se ptinens. Et ratio huius opinionis fuit. qz cū suprema sphera sit in loco aliquo modo et nō sit in loco pm se totaz. eo q nō habet extra se ptinens. relinquitur q sit in loco pm suas partes. Qz autem nō sit in loco pm se totam. probatur ex hoc. q nō mouetur pm se totam. sed solum pm partes. et eo mō quo mouetur est in loco. et ideo cum moueatur ad vbi pm partes est in loco pm partes Hoc aūt qđ ōt q vltima sphera sit in loco p partes. potest dupliciter intelligi pm Cōmentatorem. Uno mō. quia partes eius cōcaui sunt in loco. quia sunt in pnexo orbis inferioz. qa circa illud pnexum reuoluunt partes orbis superioris. Alio modo potest intelligi. q supremus orbis sit in loco per partes existentes in pcauo eius. que mouentur alio motu a motu diurno ipsius orbis. ita q sint alię partes in concauo orbis supremi. que mouetur circulariter in illo orbe motu ppio. sicut ponētes epycicl̄os. sed qualiterq cunq hoc sit. non est ad presens curandū. quoniam opinio Themistij in hoc consistit q suprema sphera est in loco pm partes. et nō pm totum. et ista videtur sententia ex positionis beati Thome. Istam tamē opinionem reprobat Cōmentator quattuor rationibus. Quarum prima est. quam etiam Albertus ponit. Totum non est extra partes. si ergo moueatur pm partes. necesse ē pm totū moueri. licet em totum et partes differant ratione. nō tamē est motus de numero eoz̄m qui attribuunt toti in cuius separatur a partibus. sed totum est de his que attribuūtur ei. pm q ipm est in suarum partium integra collectione. Secunda ratio. Si celum supremū sit in loco. quia partes eius concaue mouentur circa connexum orbis inferioris. cum celum secundo modo dictum scilz totuz aggregatum ex oībus orbibus moueatur circa connexuz ignis. oporteret dicere q totum celum aggregatū ex omnibus orbib. rōe partiū que sunt in pcauo eius mouere tur circa connexū ignis. quod falsum est. Tercia ratio. Dicit philosophus sexto physicorum Corpus sphericū pm se totum. et pm omnes partes mutat locū suum. totum quidem mutat locū pm formam tōtum partes vero mutant locum pm formam et pm subiectum. Sed diceres. Philosophus ōt in principio sexti capituli. q celum pm se totum nō mutat locum Ad hoc dicendum est pm Cōmentatorē. q phs ibi nō loquitur de celo vltimo. et tercio modo dicto. sed de celo primo modo. et sic vult q totus mundus nō mutat locum suum. et sic totus mundus nō mouetur pm se totum. sed pm suas partes. Unde intendit dicere. q toti mundo attribuitur motus circularis propter quasdam partes. id est propter corpora celestia. sicut ei attribuitur motus rectus propter motum elementorum que sunt quedam partes Quarta ratio. Suprema sphera est in loco per acidens. sed istud quod attribuitur alicui pm partem nō attribuitur ei per accidēs. igitur suprema sphera nō est in loco pm partes Sed ad hoc respondet Themistius et sui. q Aristoteles hic vtitur eo quod est per accidens large seu cōmuniter prout est commune ad per accidēs proprie. z ad partem. Contra hoc arguit tunc Commentator. quia Aristoteles in sexto capitulo ponit tres modos eēndi in loco. quoniam quedam sunt in loco per se. quedam p accidens. quedam per partes. et sic patet q per accidēs accipitur prope. eo q distinguit ab eo quod est per partes in loco Preterea ē alia ratio. Philosoph⁹ dicit in textu

q̄ partes sunt in loco grā totius.g̃ impossibile ē totū esse in loco per ptes. Preterea illud qđ grā alteri⁹ est in loco minus habet de ratiõe eius quod ē esse in loco.c̃ illđ grā cuius ip̄m đr esse in loco.sed si totū grā ptiuz est in loco.tūc verius ꝓuenit hoc ptibus z minus toti.sed ptes sunt solū ſm poñaz in loco q̄ diu nõ sunt diuise a toto.cū g̃ ptes celi impossibile ē esse diuisas.sunt solū in loco ſm poñam.z sic totū minus est in loco q̄ ſm poñam.sed nichil est inferius in entibus.eo q̄ est in poña.g̃ totum grā partiū in nullo loco erit. Istis sic p̄missis ꝓbatur ꝓclusio p̄mo q̄ celū sit in loco.qz q̄cq̄d mouet ſm locū est in loco sed celū mouet ſm locū.eo q̄ motus eius ē p̄mus motuū.g̃ est in loco Sed q̄nõ sit p se in loco pz.qz celū supremū nõ hz extra se corpus a q̄ ꝓtineatur.relinq̄tur g̃ q̄ p accñs sit in loco.Qz aũt sit p accñs in loco.qz p cẽtruz ꝓbatur p Cõmẽtatorem sic dicẽtem. Nos aũt dicim⁹ q̄m cũ sit fixum ſm totuz necesse est vt ſ̄ modo sit q̄escens.z q̄es est ei ꝓpter q̄etem centri quod est terra.z terra ē in loco essentialr.ideo đr celū esse in eodem loco.z nõ trāsmutat ab eo p accñs,i.qz cẽtrum eius ē in loco essentialiter.z hec est intentio ſm onis Aristotel dicẽtis.q̄ celū est in loco per accñs. z postea đr q̄ celum supmū de quo est questio,est motuz z q̄escens in loco suo per accñs.i.ꝓpter cẽtrum quod est in loco essentialiter.hec Cõmẽtator. Ex istis ꝓbis q̄nq̄ elici possunt. p̄muz est q̄ supmus orbis ē q̄escens ſm totū.qz nõ mutat locū suū ſm subiectum.nõ em̃ hz supmus orbis ſm se totū in vno tempe aliā distãtiam aut ꝓpinq̄tatem ad cẽtruz q̄ alio tpe. qz sic mutaret ſm subiectū quod falsum est. Secūdū ē.q̄ ratõe eiusdē celum est in loco ratõe cuius est q̄escens.ita q̄ eadem ē ratio essendi in loco.z q̄escendi in loco ſm totuz. c̃uis em̃ motus local sit p̄ncipium perscrutatõis de loco vt dictū est in textu.tamẽ q̄es est q̄dāmodo finis z perfectio motus.vt dicetur quito huius. Et ideo locus est magis attribuẽdus corpib⁹ naturalib⁹ ꝓpter q̄etem naturalez q̄ ꝓpter motū.q̄a corpora nakalia nõ mouẽtur ad sua loca nisi vt postea q̄escãt in eo.z ideo eadem ē causa q̄etis in loco z essendi in loco.g̃ q̄es magis est causa essendi in loco q̄ motus Tertiū ē.q̄ cẽtrum quod est terra celo ē causa q̄escendi in loco ſm totū. et hoc q̄ete opposita motui locali ſm subiectum.propter hoc em̃ q̄ supmū celum semp̃ habet eãdem distãtiam ad cẽtrum quod ē terra ipsum đr q̄escens ſm se totum. Quartū.q̄ celum ē in loco per cẽtrum quod est terra.ꝓbatur per illud. supmū celuz est in loco per quod est q̄escens fixuz z imobile.eo modo quo sibi debetur quies. quia sibi non debetur nisi quies opposita motui locali ſm subaz seu subiectū. vt in fine sexti phȳsicoꝝ dicetur.sed fixio z imobilitas sunt in p̄mo celo per cẽtrum. Quintū q̄ supmū celū est in loco accidẽtaliter per cẽtrum quod est in loco essentialiter Et ad hoc inducit Cõmentator vnam rõem Dicens. Oñe quod inuenitur in aliquo p accñs.inuenit in eo ꝓpter aliquod habens ipsuz per se.sed supremus orbis nõ est in loco nisi per accñs.g̃ ꝓpter aliq̄d quod est per se in loco. Est etiã alia ratio quã ponit Albertus in tractatu de loco.cap̄lo decimotercio.Dicens.Oñis motus ꝓcedit ab aliq̄ immobili.vt đr pȳus in libro de motib⁹ aīalium.ergo motus supremi celi ꝓcedit ab aliq̄ imobili.ꝓbat ꝓñaz. quia motus supmi celi nõ est a natura. sed ab intelligẽtia vel ab aīa.ergo ꝓcedit ab imobili.hoc aũt est cẽtrum totiꝰ sphere quod est per se in loco Dicitur aũt notãter motu ab aīa vl intelligentia.quia in motu naturali nõ est hoc necessariũ.motus em̃ naturalis est a gñante z ad imobile qđ ē locus eius qđ mouet ſm locũ.

Ad rationes Ad p̄mã dõm est ſm Albertũ i cõmẽto cap̄. vij. huiꝰ tractatꝰ q̄ duplex ē eq̃litas scz ſm extẽsionẽ et ſm dimẽsiones. locus g̃ debet cẽ equalis locato ſm extensionẽ.q̄a locus p̄pus nõ extendit vltra quãtitem locati.nõ tñ oportz locum esse eq̃lem ſm dimensiones.eo q̄ locus nõ habet tres dimẽsiones. Vel posset dici (inq̄t Albertꝰ) q̄ locus hz tres dimẽsiones q̄dāmodo.q̄a dupl̄r habent dimensiões. scz ſm essentiã z ſm effectũ. ſm cẽntiã q̄dez locus habet longitudinem z latitudinẽ.q̄a aũt locus est verissime ꝓtinẽs effectiue. Oñis aũt ꝓtinentia loci p effectũ finit ad centrum locati.ideo ꝓtinẽtia loci est ſm p̄fundũ.q̄a ptingit vsq̄ ad cẽtrum locati. Et hoc idem vult cap̄lo.xij. vbi đr.q̄ aliq̄d đr esse in loco sibi equali.non q̄ locus habeat oñes dimensiões eiusdem locati.q̄a eq̃litas duplex ē.scz ſm ꝓtinẽtiam.sicut đr circulus equal figure angulose in geometria.et đr alia equalitas quãdo duo eq̃lia habent vnã mẽsuram ꝓmunẽ qua mẽsurant.et hoc modo locus nõ est eq̃l locato corpi.nisi ꝓcesserimus q̄ distãtia sit loc⁹ sed p̄mo mõ ſm ꝓtinẽtiam sunt eq̃lia locus z locatũ.hec ille. Ad secđam dõm.q̄ duplex est ꝓtinens.q̄ddam est ꝓtinens ꝓximũ quod est superficies corporis ꝓtinentis q̄ đr locus.z ꝓtinet tanq̄ q̄ et tale ꝓtinens nunq̄ est matꝰ ꝓtento. Aliud ē ꝓtinens remotũ.et ē id quod ꝓtinet.scz corpus locans.et de tali ꝓtinẽte verum est q̄ ē maius cõtento.sed illud nõ est locus saltẽ p̄pus Ad terciã dõz q̄ locus ꝓximus nõ plus ꝓtinet c̃ ipm locatum Et ad probationẽ dõm.q̄ ꝓmittitur fallatia eq̃uocatõis.q̄a ꝓtinere extrinsecus cõuenit loco.z hoc mõ nihil ꝓtinet nisi locatum.licet sit intrinsecus terminus corporis locantis.

Ad q̄rtam dõm.licz in eadem superficie supra idem cẽtrum sit impossibile describere plures circulos eq̃les.tamen hoc fieri potest in diuersis superficiebus. scz corporis ꝓtinentꝭ z cõtenti.q̄ sunt diuerse nõ ratõe situs.sed ratione subiectoꝝ suoꝝ. Ille tamẽ superficies due.scz locãtis et locati p̄nt dupl̄r cõsiderari. Uno mõ abstractiue.non p respectum ad subiecta in q̄bus sunt.et illo mõ habẽt raõem vnius superficiei.et si per ipossibile possent separari ille due superficies essent vna superficies.q̄ est indiuisibil ſm p̄funduz Alio modo possunt ꝓsiderari ſm q̄ sunt in diuersis subiectis.z hoc mõ faciunt duas superficies.z nõ oportet q̄ inter illas duas superficies sit aliq̄ corpus medians.eo q̄ sunt in diuersis corporib⁹. licz oporteret si eẽnt in eodem subiecto.q̄a sicut semper inter duo puncta est linea medians,sic inter duas superficies mediat corpus.

Ad q̄ntam dõm.q̄ argumentũ ꝓbat.q̄ celuz nõ in loco per se.cui nõ obstat q̄ ipsum sit in loco p accñs. Ad sextam dõm ſm Cõmentatorẽ quem Albertus allegat. q̄ id quod mouetur ab intelligẽtia absq̄ dubio indiget immobili aliq̄a quo sit motus eius.et hoc est quiescens in loco per se.quiescens em̃ est indigens.vt sit in loco p se et motum nõ indiget.vt sit in loco nisi per accñs Cuius ratio ē.q̄a id quod q̄escit.quiescit ꝓpter similitudinẽ z cõ naturalitatẽ ꝓtinentis se.quãdo em̃ est in cõtinẽti ꝓnaturali sibi et simili sibi ſm naturã.tũc quiescit z nõ mouet q̄n aũt extra illud ē.z nõ est in ꝓnakali. nec in sibi simili ꝓtinente.tunc mouet ad ꝓtinens ꝓnaturale sibi z simile Dora aũt quãdoq̄ indiget motu ad sui pfectiõem.z q̄n q̄ nõ indigent. Illa aũt q̄ indigent sunt illa q̄ sunt in ꝓtinẽte incõnaturali sibi et dissimili. z illa mouent ad ꝓtinẽs

connaturale sibi ꝛ ꝓtinens. Que aūt nō indigent motu ad suū esse. nō indigent ꝓtinente ꝓnaturali. neq; nō ꝓnaturali. et illa sunt coꝛpoꝛa celestia que nō facit moueri ꝓtinens ꝓnaturale. sed intelligentia facit ea moueri. intēdēs p hoc assimilari ꝑme cause increatum poteſt. Ideo illa mouenť p se. licet nō sit in cōtinente ꝓnaturali vel incōnaturali. Et hec est etiam solutio Auerrois sic ad ꝟ arguentē tū dicentis. Illa q̄ mouenť per se indigent aliq̄ descente. circa quod mouenť p accidens. vt vult Aristoteles in libro de motib⁹ aialium. et hoc quiescens forte erit locus p se q̄n ꝓtinet rem motā. ꝛ locus p accidens quādo nō fuit ꝓtinens rem motā in oīnib⁹ partibus. sicut est dispositō in coꝛpoꝛib⁹ celestibus. igit̄ locū esse p se nō est de necessitate eēndi rem morā p se. sed dignius est vt sit de necessitate eēndi q̄rem naturaliter. quiescens em̄ q̄scit ꝓpter silitudinē ꝓtinētis. ꝛ mouetur ꝓpter ꝓuationē similitudinis inter tp̄m ꝛ ꝓtinens. et hoc erit q̄n mouebť in ꝓtinente. et causa motus eius quod mouebť in ꝓtinente est extra naturā. et est rem morā esse extra suuꝫ vbi naturale. et hec est dispositio coꝛpoꝛ simplicium q̄ mouenť motu locali. scilꝫ q̄tuoꝛ elementoꝛ. Quod aūt nō mouebť in ꝓtinente. sed circa quiescens aliquod tantū Est illud cuius motꝰ non est p accidens extrinsecū a natura. et hec est dispoſtio coꝛpoꝛis rotandi. et hoc quod accidit q̄busdā coꝛpibus celestibus. scilꝫ q̄ sunt in loco. quia ꝓtinenť ab alijs hoc ē p accidēs. ꝑm hoc igitur intelligendꝰ est ille locus vt milꝛi videť. hec Cōmentatoꝛ. Ad septimā dōm. q̄ celū poteſt ꝓsiderari duobus modis Uno mō in ratione coꝛporis. et hoc modo centꝛ est sibi extrinsecū. q̄ centꝛ est terra. iam alterius nature est celum ab elementis. vt ꝑmo celi ꝓbat pḥs. Alio modo ꝓsideratur in ratione coꝛpis circularis. q̄a centꝛ est de ratione circuli. ideo hoc modo ꝓsiderando centꝛ. nō est sibi extrinsecū sed intrinsecū.

Sed diceres. Celū nec quo ad esse nec quo ad moueri dependet a centro. ergo a centro non habet vt sit in loco sed potiꝰ ab eo a quo mouebť localiter. Ad hoc dōm ē q̄ in motu celi duo sunt. scꝫ suba motus ꝛ circulatio. vñ ratione motus nō dependet ab ipō centro. sed ab intelligentia mouente. tamē ratione circulationis. motus ille q̄ dammō dependet a cētro. q̄ oīnis circulatio fit circa aliq̄d immobile ꝛ fixū relpectu cuiꝰ coꝛpus dicit̄ circulariter moueri. et nō exire suū locū ꝓpriū. Ad octauam dōm est ꝑm Albertū ꝛ Cōmentatoꝛem. q̄ inferioꝛes oꝛbes cē in loco p hoc q̄ ꝓtinenť ab alijs. ꝓuenit eis per accidens. ꝛ nō ꝓuenit eis ꝓpter hoc q̄ indigeant loco. q̄ talia ꝓpter sui pfectionē nō indigent ꝓtinente foꝛmāte ꝛ soluante ipa in esse. Accidēs aūt ꝓpter quod ꝓtinenť ab invicem est oꝛdo eoꝝ ad vnā primā spheram. q̄ ꝑmo motu mouet oēs. Ex hoc patꝫ etiā q̄ inferioꝛes sphere per eundem modū nō sunt in loco sicut elementa. q̄ ꝓtinēs sphe ras nō habet de ratione loci. nisi q̄ circūdat. et ideo vere in loco nō sunt nisi elementa. alia ꝑm impfectā rōnem loci dicunť cē in loco. Et hoc videť dicere pḥs in fine sexti capli. vbi dr Celū dicit̄ cē q̄ ambit oīnia. et oīa ordinantur ad ipm. Locus aūt ꝓprie sumptus nō est celū. sed celi quoddā vltimū in descendēdo. ꝛ hoc ē ꝓcauū lune quod ꝓtingit coꝛpus q̄ mouebi habet motu recto. et ē terminus eius quiescens. et ideo terra locatur in cōcauo aque. aqua aūt in ꝓcauo aeris. aer ꝝo in cōcauo etheris. etheꝝo locať in ꝓcauo orbis lune q̄ ē celū. Celū ꝝo ꝑm se toū nō ap̄lius locať in alio. Sed ꝓtra ꝟ arguit. Unū quodq; mouebť ad suū locum. sed terra nō mouebť ad centꝝ. similiter ē de aq̄. q̄ si terra remoueatur descēdit ad locū terre. Et similiter ē de aere. q̄ descēdit ad locū aq̄ ꝛ terre. si remoueaťr. ꝛ nō ascendit ad locū ignis Solō Alberti. q̄ motus simpliciū coꝛpoꝝ non est ad supficiē ꝓpter supficiem. q̄ si sic motus ad locū cōueniret coꝛpi mathematico. sed mouenť ad supficiē ꝓpter virtutē foꝛmantē ꝛ saluantē ea ꝓtinentē. ꝛ cū illa nō stet rota in supficie. sed diffundať in totū locaꝛi spatium vsq; ad centꝝ. et ideo est motus terre in centꝝ. Et simili mō est de alijs q̄ Albertus ad longū declaraꝛ. ij. phyſicoꝝ tractatu ꝑmo capitulo vndecimo

Eodem autem modo accipiendū est phyſici cōsiderare de vacuo. et si est aut nō. et quomodo est. ꝛ q̄d est sicut et de loco. Et nanq; simile habet incredulitatem ꝛ fidem p̄r ea que opinantur. vt cū locum quē dam ꝛ vas vacuum ponunt dicentes. Uidetur aūt esse plenū quidem cum habet molem cuius ſuſcepti/uum est Cum vero priuatū est vacuū tanq̄ idem q̄ rem sit vacuum et plenum ꝛ locus. esse autem ipſis non idem:

¶ In hoc secūdo tractatu pḥs determiāt de vacuo. Et ꝓtinet sex capitula In ꝑma ponit q̄stionem si ē ipius vacui. In secūdo recitat descriptiones vacui. reꝓbāda antiq̄ dicta. In tercio oīndit vacuū nō esse causam motus nec ponendū ꝓpter motū. In q̄rto ostendit vacuū nō esse et hoc ex ꝓte velocitatis ꝛ tarditatis In q̄nto oīndit ex ꝓte nāe vacui ipm nō ee In sexto oīndit vacuū nō ē coꝛpib⁹ imbibitū. sic̄ q̄dam dixerūt. Primū capm diuidit in duas ꝑtes ꝑncipales. In ꝑma ponit de quo est dōm. In secūda exeq̄tur intentionē suā determināndo de vacuo ꝑm antiq̄ opiniones Quantū ad ꝑmā duo facit. ꝑmo facit q̄d dictū est. scꝫ q̄ pḥs naturalis ht̄ determinare de vacuo. Secūdo q̄ oꝛdine ꝓcedendū sit determināndo de vacuo. Quantū ad ꝑmū dr Naturalis pḥs ht̄ ꝓsiderare de vacuo. sicut de loco. videl⁹ vtr sit vel nō. ꝛ si est. quō sit. et q̄d sit. ꝛ sic vult q̄ nať pḥs ht̄ ꝓsiderare de vacuo ꝓbat sic. Quicunq; ht̄ ꝓsiderare de loco. ht̄ ꝓsiderare de vacuo. ſz nať pḥs ht̄ ꝓsiderare de loco. q̄ de vacuo Dinoꝛ ꝓbata ē in ꝑmo tractatu Datoꝛē ꝓbat. Quicunq; ē de aliq̄bus similis incredulitas et fides siue opinio. q̄cunq; tūc ht̄ ꝓsiderare de vno. ht̄ et̄ ꝓsiderare de reliq̄. ſz sic ē de loco ꝛ vacuo. illā minoꝛē ꝓsyllogiſmi ꝓbat. q̄ antiq̄ dixerūt vacuū esse tanq̄ locū ꝛ tanq̄ vas. ita q̄ dixerūt locum vacuū ꝛ plenū esse idem subiecto. quia plenū dr̄ locq̄ habet coꝛpus graue ꝛ grossum ꝛ visibile ꝛ tangibile cuius ipm ē ſuſceptiuū ꝛ q̄ ē hmōi coꝛpe ꝑuatū dixerūt esse vacuū. et sic posuerūt locum ꝛ vacuū idē ꝑm subam et subiectū. ſz nō ꝑm esse.

Incipere autem oꝛtet consideratione accipientes que dicunt affirmantes esse. et iterum que dicūt affirmantes nō esse. et tertio communes opiniones de ipſis.

¶ Hic ostendit modū ꝓcedēdi determināndo de vacuo Dicens. q̄ oꝛtet incipe ab illo q̄ illi pḥi intendūt assignare p nomē vacui accipiendo oīnia illi a q̄ dicunt isti q̄ affirmāt vacuū cē. et ſcdo accipiendo illa q̄ dicunt q̄ negant ipm esse. et tercio oꝛtet accipe ꝓmunes opiniōes nobis ꝛ antiq̄s de vacuo.

Alij quidem igitur tentantes mostrare quia nō est q̄ hoies volūt dicere vacuū hoc arguūt sed pccā tes dicūt sic Anaxagoras. et q̄ h̄ mō arguūt. Demō strant em̄ q̄ aliquid est aer litigantes p̄r vtres ⁊ de/ monstrantes q̄ aer ē fortis ⁊ accipiētes in clepsedris

¶ Ista est secūda pars huius capituli in qua Aristoteles ponit opiniones antiquoꝝ de si ē ipius vacui. Et diui/ dit in duas particulas. In p̄ma ponit opinionē dicentiū vacuū nō eē In scōa opiniōes ponētiū vacuū eē In p̄a p ticula duo facit. p̄mo ponit motiuū vacuū nō esse opinā tiū. scōo oñdit insufficientiā dicti illoꝝ Quantū ad p̄mū dr q̄ q̄dam volunt dicere vacuū nō esse. nō aūt ꝓbant ip sum vniuersaliter nō esse. sic ponētes ipm esse ꝓbant vni uersaliter. sed ꝓtradicunt illis ꝑticulariter ostēdentes q̄/ dam vacuū nō esse. ⁊ ideo peccant argumēto Anaxagore qui cū deberet ostendere nihil esse vacuū. conatus est oñ/ dere materiā nō eē vacuū. eo q̄ haberet in se latētē formā. et ideo nō eodē modo argumentat. s. vniuersaliter. sicut ponētes vacuū eē. fuit g̃ ista ratio eoꝝ. Aer est aliquid. ergo vacuū nō est. ꝓsequentiā relinq̄ūt notā. q̄ vbi nō est aliquod corpus sensibile. ibi semp est aer. Añs ꝓbant duob⁹ signis. p̄mū q̄ veteres repleti aere p̄ūt ferre mag nū pondus. igit aer intus exīs aliq̄d est. Secundū signū est de clepsedris. quia si clepsedra impleatur aqua et ob struaf supius foramen. nō exibit aqua inferius. ⁊ h̄ dixe/ rūt fieri ꝑter vim aeris aquā detinētis.

Alij aūt homines volunt vacuum esse spaciū in quo nullū corpus sensibile Opinantes aūt oīe q̄ est esse corpus dicunt oīno in quo nihil est hoc esse vacuū. vnde plenū aere vacuū ē. Igitur hoc nō op tet monstrare q̄ est aliq̄d aer. Sed quia nō est alte rum spaciū a corporib⁹ neq̄ sepabile. neq̄ quod sit actu quod distinguat oīe corpus. vt si nō ꝓtinuuꝝ sicut dicunt Democritus et Leucippus. et alij m̄lti physiologoꝝ. Aut et si aliq̄d extra oīe corpus ē cū sit ꝓtinuum Di q̄dem igitur non f̄m posita ad ꝓble ma ꝓtradicunt.

¶ Hic ponit insufficientiā eoꝝ q̄ sic ꝓbabāt vacuū non esse. et p̄mo ponit motiuū eoꝝ Dicēs. q̄ alij homines. vi delicet ponēres vacuū esse. dicūt vacuū esse in q̄ nullū est corpus sensibile.. opinabant em̄ illi. q̄ oīe quod est. essꝫ corpus sensibile. et sic dicūt. q̄ vacuū est in q̄ nihil est. sꝫ in quo nō est corpus sensibile. in illo nihil est. g̃ hoc est va cuū. et sic plenū aere f̄m illos dr vacuū. Et iō ostendēdo eos insufficienter ꝓbasse vacuū nō esse dr q̄ oñendū va cuū nō eē. nō oportet ꝓbare aerē aliquid eē. sed oportet ostendere q̄ nullū spaciuꝫ sepatum a corpibus sit actu. et receptiuū corporū et ꝓuatum oīni corpe. siue tale spaciuꝫ sit imbibitū corpibus. sicut dixit Democritus ⁊ Leucip pus. siue sit extra totū mundū. ꝓtinuatū tñ toti mūdo sic dicunt alij. exq̄ parꝫ q̄ illi sic ꝓbātes vacuū. nō eē nō suf ficienter ꝓbant. quia solum particulariter ꝓbant. cū vni uersaliter ꝓbare deberent.

Sed affirmātes esse magis dicūt vnū q̄dꝫ. quia motꝰ f̄m locū nō erit Hec aūt ē loci mutatio ⁊ aug mentū. Nō em̄ videbit vtiq̄ motus eē. nisi sit vacu um Plenū em̄ impossibile est recipe Si vero recipi at. et sunt duo in eodem. ꝓtingit vtiq̄ et quelibet si mul esse corpora. differentiā em̄ ꝓpter quam nō erit vtiq̄ quod dictū est nō erit dicere. Si aūt hoc ꝓtin git et parvissimū accipiet maximū. Multa nāq̄ p ua quidd̄ magnū sunt. Quare si multa equalia cō tingeret in eodē esse ⁊ multa inequalia. Melissus q̄ dem igit et demōstrat. q̄ oīe immobile ex his. si em̄ mouebitur aliq̄d necesse esse vacuū dicit vacuū aut nō est eorum q̄ sunt Uno q̄dem igitur mō ex his de mōstrāt q̄ aliq̄d est vacuū

¶ Ista est secūda ꝑticula secūde ꝑtis p̄ncipalis. in q̄ ꝓbs ponit opiniones antiquoꝝ ponentiū vacuū esse. Et duo facit. p̄mo ponit opiniōes naturaliter loquentiū. scōo opi nionē innaturaliter loquentiū de vacuo. Quo ad p̄mꝫ recitat duas opiniones. p̄mo ponit opinionē eoꝝ q̄ posu erunt vacuū eē spacium infinitū separatum a corporibus ⁊ receptiuū eorū. et scōo opinionē eoꝝ qui posuerūt vacuū esse corpibus imbibitū. Dicit g̃ p°. q̄ ponētes vacuū eē dicūt vnū qđ inter alia ꝙuenienti⁹ esse videt. Et argu unt sic Si vacuū nō esset. nullus motus f̄m locū esset. sꝫ motus f̄m locū est. g̃ vacuū est. illam ꝓñam relinquit no tam. q̄ ex opposito ꝓsequētis bone ꝓsequētie. ad oppositū añcedentis est bona ꝓña p̄mo ꝓoꝝ. Añs et illā ꝓdictio nalē declarat p°. scōo ꝓbat. declarādo dr. q̄ motus f̄m locū q̄ destruit nō posito vacuo est loci mutatio. ⁊ motus augmentationis. ꝓbat aūt maiorē sic. q̄ mouetur f̄m lo cū. vel mouet ad plenū vel ad vacuū. Nō ad plenū. quia plenū nihil amplius recipere p̄t. si em̄ plus reciperet tunc essent duo corpora in eodē loco. quod eē nō potest. q̄ ea/ dem ratōe oīnia possent eē in eodem loco. nō em̄ p̄t assig nari ratō diuersitatis. quare magis duo possunt eē simul in vno loco q̄ oīnia. Et h̄ sequerent multa alia incōue/ nientia. Si em̄ hoc dicat. sequet q̄ corpus maximū pos/ set eē in paruissimo loco. et m̄lta parua possent eē in loco paruo. et q̄ multa parua sunt equalia magno. et sic mar mū posset eē in loco paruissimo. Contingeret etiā duo in equalia esse in eodē loco. etiā e equalia. q̄ duo eq̄lia equā tur vni inequali. quod est duplum ad vnū Et hec oīnia incōuenientia putabāt Melissus et Permenides sequt si ponerēt eos moueri. quia si mouerēt aliquid. necesse eēt vacuū ponere. sed ipi dixerūt vacuū nō esse Uno g̃ modo demōstrāt ex his antiq̄. q̄ vacuū sit.

Alio vero modo. quia videnf q̄dem q̄dam coeū tia et calcantia vt et vinū dicunt cū vtrib⁹ recipe do lia. tanq̄ in ea q̄ sunt vacua coeunte densato corpore Amplius aūt ⁊ augmentū videtur oīnib⁹ fieri ꝑva cuum alimentū q̄dem corpus esse Duo em̄ corpora impossibile simul esse. Testimoniū aūt et quod ē de cinere faciunt quod recipi tantū aque quasi vas va cuū esset.

¶ Hic ponit scōam opinionē antiquoꝝ eoꝝ scꝫ q̄ posu erunt vacuū esse corporib⁹ imbibitū ad modū paruoꝝ fo raminū. sicut spongea. sicut ponūt Democritus ⁊ Leuꝭ cippus. ꝓbabant aūt opinionē suā duab⁹ ratōib⁹ ⁊ exp̄mē to. Prima. Condēsatio est possibilis. g̃ vacuū est. ꝓsequ tiam ꝓbant. q̄ in ꝓdensatione q̄dam corpa videnf coeū tia ⁊ calcata in parua spacia vacua que intra se habent. nō possent em̄ sic vniri q̄ plenuꝫ. Añs ꝓbant. quia dolia

plena adhuc recipiunt vtres tenues. ⁊ alia corpora subtilia immissa quod nō fieret. nisi illa corpora intrarent spacia vacua. que sunt intra vinū. aut q̄ vinū esset compressuz et condensatum per corpora que mittebant in ipm Scōaratio. Augmentū est. ergo vacuum est. Consequentia ꝓbatur. quia alimentū quo fit augmētatio est corpus. vt ergo recipitur in plenū vel in vacuū. Si in plenū. tunc duo corpora essent in eodem loco. quod est impossibile. recipit g̃ in vacuū. et p̄ cōsequens vacuū est Experimento ꝓbabant de vase cū cineribus. Dicunt em̄ q̄ vas plenū cineribꝫ tātū aque recipit q̄tum vas vacuū. qđ nō fieret nisi vacuū esset inter ꝑticulas cineris.

Esse autem affirmant et pythagorici vacuū ⁊ ingredi ipm a celo ex infinito spiritu tanq̄z respiranti. et hoc esse vacuum. quod ꝛterminat naturas. tanq̄z sit vacuum separatio quedam eorum que sunt cōsequenter et ꝛterminatio. ⁊ hoc esse primū in numeris Vacuum em̄ ꝛterminare naturam ipōrum. Ex quibus q̄dem alij dicunt esse. alij vero nō dicūt. fere tot et huiusmodi sunt

¶ Hic pōit opinionē innaturalit loq̄ntiū Dicēs q̄ pythagorici dicunt infinitū vacuū eē. et esse extra celū ⁊ mūdū et celum dixerunt eē magnū animal quod spū suo anhelando ꝛ respirando in seipm attrahit vacuum ex infinito vacuo. quod est extra celum. et illud vacuū sic inspiratuz separat naturas rerum in mūdo ab inuicem distinctarū tanq̄z vacuū sit id quod separat ea que sunt cōsequenter ⁊ se nō tangentia. ⁊ hoc modo determinās dicunt ꝑmum eē in nūeris. faciens discretionē ⁊ per numeros determinat alia. quia ipsi posuerunt numeros esse p̄ncipia reruz sensibilium. habebant etiaz ratōem. quia id quod distinguitur. aut distinguitur pleno aut vacuo. nō pleno. quia ℏ est cōtinuū in oēm loci sui dimensionē. ergo distinguit vacuo. Hec igitur fere sunt ex quibꝫ ꝑti dixerūt vacuū esse et q̄bus alij negant ipm esse.

Ad quale aūt se habeat oportet accipere quid significet nomen. videtur aūt vacuuz locus esse in quo nihil est. Huius autem causa est. quia omne quod est corpus opinantur esse. Oīe aūt corpus in loco est. vacuum autē in quo nullum corpus est. quare si alicubi non est corpus nihil esse hic. Corpus aūt iterum opinantur esse tangibile. Huiusmodi autē qđ habet grauitatem aut leuitatem Accidit igitur ex syllogismo hoc esse vacuum in quo nihil est graue aliquid aut leue. Nec quidez igitur ex syllogismo sicut prius diximus accidunt. Sed inconueniens est si punctū vacuū sit. Oportet em̄ locū esse in quo loco corpis sit spaciū tangibilis

¶ In hoc secūdo capīo ꝑhus ponit quasdā vacui descriptiones reprobando dicta antiquoꝝ. Diuidit aūt ꝑm ℏ in duas partes p̄ncipales. In ꝑma ponit hmōi descriptiones nominis vacui. In secūda destruit opiniones ⁊ rationes antiquoꝝ ponentes vacuū esse. Prima pars subdiuiditur in duas particulas In ꝑma ponit descriptiones vacui q̄bus antiqui descripserunt vacuū. In secūda pōit veram descriptionē vacui. per quam destruunt positiones antiquoꝝ. In prima tria facit. ꝑm q̄ tres ponit descriptiones antiquoꝝ. Dicit ergo ꝑmo ꝑhus. Ad quale autē se habeat vacuū. an scz sit affirmandū esse vel negandum oportet accipere quasi p̄ principio quid p̄ nomē vacui significetur. Deinde ponit descriptionez dicens. Videtur quibusdā vacuum esse locuz in quo nihil est. Causa aūt huius est. quia opinant q̄ oīne ens sit corpus. ⁊ oīne corpus sit in loco. ⁊ vacuū est in quo nullum est corpus. ⁊ sic vacuum est in quo nihil est. vbi em̄ nō est corpus. ibi est nihil Et quia opinant etiam q̄ oīne corpus quod est. habet grauitatem vel leuitatē ⁊ ceteras differentias qualitatū tangibilium. ideo quasi ex syllogismo inferunt aliaz dicentes. q̄ vacuum est in quo nō est corpus graue vel leue. Sed Aristoteles reprobando ꝑmā descriptionez vacui. dicit q̄ inconueniens est hec descriptio. quia ex illa seq̄retur q̄ punctus essz vacuū. quia in eo nihil est. sed q̄ sit inconueniens punctū esse vacuū patz. quia vacuū est q̄dam spacium ⁊ similiter locus. oīne aūt spaciū est diuisibile. si ergo punctus eēt vacuum. esset spacium diuisibile in puncto. et ita diuisibile eēt in indiuisibili.

Sic igitur videtur dici vacuum vno q̄dem modo non plenum sensibili corpore ꝑm tactū. Sensibile autem ꝑm tactuz est grauitatem habens aut leuitatem. Unde ⁊ sic dubitabit aliquis quid vtiqz dicat si habeat hoc spaciū colorem aut sonum. vtruz vacuum an nō aut mānifestuz est. siqdē accipiat corp⁹ qđ tangit vacuū eē. si ꝓo nō minime

¶ Hic Aristoteles ponit secundaz descriptionē vacui. q̄ differt a predicta ꝑm Albertū. quia ꝑma ē generalior. eo q̄ nō ponit vacuū esse aliquā naturā determinatā. Secūda vero datur per negationē in genere spacij. et nō per negationē vniuersalē simpliciter sicut ꝑma. ponēdo ergo secūdā descriptionē dr ꝑhus. q̄ vacuū dr̄ vno modo alio a predicto. Spaciū nō plenū corpore sensibili ꝑm tactuz Et subdit. q̄ corpus sensibile ꝑm tactuz est quod habet grauitatem vel leuitatem. Ex qua descriptione orit dubitatio quid dici debeat. supponēdo. q̄ spaciuz aliquod sit plenum colore vel sono. vtrum sit vacuū dicendū vel non Si em̄ nihil est plenū. nisi quod graui vel leui corpore est plenum. tunc manifestū est q̄ spacium illud de quo loq̄tur hypothesis est vacuū. Si aūt illud nō tm̄ dicatur plenum. sed ⁊ alia que plena sunt quocunq̄z. tunc illud spacium minime dicetur vacuū esse. Et Albertus reprobat illā descriptionē extra textum. Dicens q̄ descriptionem illam sequitur celum totū esse vacuū. quia non est plenū corpore sensibili habenti grauitatē aut leuitatē. seq̄tur etiā idem eē plenū ⁊ vacuū.

Alio aūt modo in quo non est hoc aliquid neqz substantia aliqua corporea. Unde quidā dicūt vacuum esse corporis materiā qui q̄dem et locum dicētes idē hoc. et nō bene Materia q̄dē em̄ nō est separabilis a rebus. vacuum aūt querunt sicut separabile.

¶ Hic ꝑhs ponit ⁊ reprobat terciā descriptionē vacui que fuit Platonis Dicit ergo q̄ alio modo dicit esse vacuum. in quo nō est ℏ aliquid. neqz substantia ꝑfecta per formā substantialē. In qua ratione vacui dicunt q̄dam Platonici materiā esse vacuā antecq̄z habeat formā. et hoc ideo dixerūt. quia locū ⁊ materiā idē eē dixerūt. sed in ℏ nō bñ dixerunt quod ꝓbat ꝑhus. quia materia nō est separabilis vniuersaliter a reb⁹. ita q̄ sit per se solaz exñs

ab omni forma separata. Unde dicit Alb'tus. q̄ quando dicit q̄ materia separatur ab omni forma. intelligitur q̄ successiue separatur ab hac z ab illa. Antiqui aūt philosophi dicunt vacuū vniuersaliter separabile a corpe qō aliqñ est in ipō.

Quoniā aūt de loco determinatū est. et vacuū locum necesse est si est ꝑuatum corpore Locus aūt quomodo est et quomodo non est dictum est. Manifestum est. quoniā sic quidem vacuum non est. neq; separatum neq; inseparabile. Uacuū em̄ non corpus sed corporis spacium volunt esse. Unde z vacuum videtur aliquid esse. quia corpus et locus. et ꝓpter hoc acceptum est. Prouenit em̄ mot⁹ qui est fm locum. et locum dicentibus esse aliquid. preter corpora incidentia z his qui vacuum. Causam aūt mot⁹ opinañ esse vacuū sic sicut in quo mouetur Hoc āt erit quale locū q̄dem dicunt esse.

¶ In hac secunda particula reprobat descriptiones et opiniones antiquoꝝ de vacuo. per veram nominis vacui descriptionē Dicens. q̄ ḡa de loco determinatuz est. et si vacuū est ipm est locus. Est em̄ vacuum locus ꝑuatus corpore. q̄modo aūt locus est. et q̄modo nō est. dictū est prius. sed q̄ vacuum nō est. manifestū est ex determinatis. non em̄ est spaciū separatū extra corpus. nec est in ipis corporib⁹ eis imbibitū. Amb⁹ em̄ ille opiniones volunt vacuū non esse corpus. sed spacium corporis. hoc est spacium habens dimensiones corporis. in q̄bus recipit corpus et tres corporis dimensiones. Deinde p̄bus subdit causam ꝓpter quam antiqui posuerūt vacuum eē. Dicens. q̄ vacuum dicit aliq̄d eorum q̄rum est locus. et ponitur locatorum receptaculuz. z ꝓpter hanc causam acceptum et suppositū est ab antiquis vacuum esse. q̄ em̄ posuerunt locum aliq̄d esse preter corpora. et vacuum aliquid esse. causa vtriusq; fuit motus localis. ḡa sicut posuerunt locū esse aliq̄d aliud a corporibus locatis ꝓpter motū localem. scilicz ut recipiat corpora mota fm locum ita posuerūt vacuum esse ꝓpter motū localem. Dicunt em̄ q̄ vacuū est causa motus localis hoc modo sicut id in quo z in quod fit mot⁹ localis. Hoc aūt est tale aliq̄d q̄le dicūt locū esse. erit em̄ receptacli spaciū

Neq; vna aūt necessitas est si motus est eē vacuū Omnino q̄dem igitur omnis motionis nequaq̄. Unde z Melissum latuit alterari nanq; contingit plenū. Sed neq; fm motum locū Simul em̄ iubingredi adinuicē ꝓtingit si nullū spaciū sepabile sit ꝑter corpora mota. et hoc manifestum est etiā in continuorum reuolutionibus. sicut in illis que sunt humidorum

¶ In hac secūda parte p̄ncipali p̄bus soluit ratōnes antiquorum. ponentiū vacuum esse. Et diuiditur in duas particulas. In prima soluit rationem ponentiū vacuum separatū. In secūda soluit rationes ponentiū vacuuz corporibus imbibitū. Dicit ergo primo. q̄ nulla est necessitas. si motus est q̄ vacuum sit. vniuersaliter em̄ nequaq̄ omnis motus supponit vacuuz esse. Unde z hoc latuit Melissum qui dixit omnia esse vnū ens. et immobile nec

cogeretur dicere aliq̄d esse vacuū Alteratio em̄ est mot⁹ et alterari contingit plenum. Nec est necesse dicere q̄ vacuū sit ad hoc vt motus fm locum generaliter sit. ḡa cōtingit vnū corp⁹ cedere alteri. per hoc q̄ vnū corpus subingreditur aliud. etiam si nullū sit spacium separatū preter spacia corpoꝝ motoꝝ. et hoc manifestuz est etiam in his corporibus que cōtinua sunt. et tamē reuoluunt fm partes. sicut aqua et aer que sunt de numero humidoruz hoꝝ em̄ ꝓtes mouent sup alias. et alie cedūt alijs. ꝓter h q̄ vacuū in eis esse ponat.

Contingit aūt censari nō in vacuuz. sed propter quod ea que insunt elabunt vt aqua collisa ære qui ineſt z augmentari nō solum ingrediente aliquo est et alteratione. vt si ex aqua fiat aer. Omnino autē et que est de augmento ratio et in cinerem diffuse aque ipsa seipsam impedit. aut em̄ nō augetur quodlibet. non corpore. aut ꝓtingit duo corpora in eodem esse Dubitationem igitur volunt ꝯmunem solnere. sed nō demonstrant vacuum quomodo ē Aut oīe esse corpus necesse est vacuū. si ꝑnitus augetur. et augetur ꝑ vacuū. Eadem āt z in cinerē ratio est. Q̄qui dem igitur et ex quibus demonstrant vacuū soluere facile sit manifestum est

¶ In hac secūda particula soluit rationes ponentiū vacuū corporib⁹ imbibitū. Et primo soluit rationem factā de condensatione Dicens. q̄ contingit corpora condensari absq; hoc q̄ sit vacuū. sed propter hoc q̄ corpora que sunt in ipsis elabunt ab ipsis et dissoluunt. vt cū aqua cō primit tenet minorem locū. ḡa partes aeris admixte cum aqua dissoluūtur z exeunt. et tūc alia corpora immissa intrant locū. Secūdo soluit rationem factam de augmētatione Dicens. q̄ nō solum contingit aliquod corp⁹ augmentari per hoc q̄ aliud corp⁹ ingreditur auctū. sed cōtingit augmentari per alterationē. Cuius nihil extrinsecū adueniat. vt cū ex aqua fit aer. tūc aqua accipit maiorem q̄titatez. z replet maiorem locū ꝑter hoc q̄ ipsis aliq̄d addatur. Deinde soluendo experimentū quo probant vacuū corporib⁹ imbibitū. dicit q̄ vniuersaliter ratio de augmento z de experimento aque infuse cineribꝰ destruit seipsam in hoc q̄ ꝓbat augmentuz esse. ḡa questio de augmento. posita ratione tali ita manet postea sicut ꝓius inq̄t Alb'tus. Et ideo philosoph⁹ aliter destruit rationem factam de augmento Dicens. Dek corpus augeri per vacuū sicut dicūt antiq̄ illi tūc sequek adhuc aliquod horuz trium inconuenientiū. scilz q̄ corpus non augek fm aliquam partem. aut q̄ non augek per corp⁹. sed per incorporeū. aut q̄ sint duo corpora in eodez loco. qō sic probatur. ḡa si augeretur in qualibz parte. tūc oporteret in qualibet parte esse vacuū. et sic corp⁹ esset ipsa vacuitas. z nō augek ita. aut si augek ꝑ plenū. tūc aut incorporeo. z hoc ē inconueniens. ḡa corpus non accipit additōez per incorporeum. Aut augek per copus. tūc erūt duo corpora in eodem loco. et sic patet. q̄ nō probat vacuū esse ꝓpter augmentū. sed potius volūt soluere dubitationē. nobis et ipsis communē per vacui positionem. et tamē non soluūt nec demonstrant q̄modo vacuū est. Et subdit philosoph⁹ solutionem experimenti Dicens. q̄ eadem ratō ponitur de aqua infusa in cinerem. quo ad hoc q̄ ꝓp̄am non probatur vacuū esse. Unde dicit Alb'tus q̄ si tūc

intrat de aqua in vas cineribus plenum. ꝯtum intrat in ipm sine cineribus. tunc oportet fm eos q nō tantuz sit vacuum inter particulas cineris. sed oportet q ibi sit cinis vacuus. z q sit ipsa vacuitas. Epilogando dicit phus manifestū est ex dictis q facile est soluere rationes illas. ex qb⁹ intendebāt demōstrare vacuū esse

Quoniam autem non est vacuū sic diuisuz sicut q̄dez dicūt dicem⁹ itez Si em̄ est vniuscuiusq loci mutatio aliqua simplicium corporum natura. vt ignis quidem sursum. terre aūt deorsum. et ad mediuz manifestum est q nō vacuum erit causa loci mutationis. Cuius igitur causa erit vacuum. Videtur autem causa esse motus fm locum huius autem causa non est.

¶ In hoc tercio capitulo determinat de vacuo fm opinionem propriam ostendendo ipm simpliciter non esse a corporibus separatū. z hoc ex parte motus localis. pbat autem hoc septem rationib⁹. quaz due ostendunt vacuū nō esse cām loci mutatōis. z alie oñdūt q oppositū ārīq; dicto verum est. scilz q si motus est. vacuum nō est Primo ponit intentionē suam dicens. Quoniā vacuū nō est separatum a corporibus. iterū dicamus et aliter ꝯ primus. Quo premisso ponit primam rationem. que hec est. Unumquodq; corpus naturale simplex habet determinatum motū ad locum a sua natura. ergo non est causa motus ipm vacuū. Pseq̄ntiam probat. quia si nō est vacuum causa motus localis. nō videtur cuius motus causa sit. Añcedēs pbat. quia ignis mouet a nata sua sursuz et terra deorsum et ad mediū.

Amplius si est aliquid velut locus privatum corpore cum sit vacuum quomodo mouebitur positus in ipso corpus. non em̄ iam in omnē. Eadem autez ratio et ad locum esse aliquid opinantes separatum in quem fertur quod fertur Quomodo em̄ mouebitur positum aut manebit et de sursum z deorsum. z de vacuo conuenit eadem ratio merito. vacuum em̄ locum faciunt esse dicentes. Et quomodo iam inerit aut in loco aut in vacuo. non em̄ accidit cum totuz positum sit sicut in separato loco z sufferente corpore Pars em̄ nisi seorsuz ponat nō erit in loco. sed in toto. Amplius si nō est locus. vacuū nō erit.

¶ Hic ponit phus secūdam rationem quam dicit etiaz esse contra ponentes locum spaciuz separatum Que potest sic formari Si vacuum sit spacium separatuz. seqtur q corpus positum in vacuo seu in tali loco aut nō mouebitur nec sursum nec deorsum. aut mouebitur simul sursum et deorsum. et sic moueret simul contrarijs motibus pbat. quia non est maior ratio quare moueatur ad vnā partem ꝯ ad aliam. cū in dimensione separata nō sit diuersitas. igitur vel mouebit ad omnē partem vel ad nullam. Et subdit phus. q eadem est ratio de loco z vacuo si ponatur dimensio separata. quia sic ponentes posuerūt vacuū esse locum. Q; aūt nec locus nec vacuuz sit dimēsio separata corporis receptiua. probat phus sic. Si loc⁹ vel vacuum esset dimensio separata receptiua corporis. tunc tale corpus esset in ipo vel per se vel per accidens. Non per accidens. quia dictum est prius. q totum per se est in loco. Nec per se. quia si totum in illo esset per se. tūc etiam partes. sed hoc est falsum. ergo totum nō est in ipso per se. Minorem pbat ex phus dictis in pmo tractatu, quia pars nō separata a toto nō est in loco. nisi q accidens. est em̄ per se in toto. et per accidens in loco. Maiorem relinquit notam ex dictis in primo tractatu. fuit em̄ dictum q sicut tota dimensio correspondet toti. sic pars dimensionis parti. eo q tale spaciū nō est totū. cum sit separatum ab omi toto seu quolibet corpore. Concludit ꝯ q si locus nō est tale spacium. q nec vacuū sit tale spacium dimensionatū

Accidit aut dicentibus esse vacuum tanq̄ naturam. siquidez erit motus contrariū magis esse. si aliquis intendat non contingere moueri nihil si sit vacuum. Sicut em̄ propter simile dicentes terraz quiescere. sic z in vacuo necesse est quiescere Nō em̄ quo magis et minus mouebitur. fm em̄ q vacuum c̄ nō habet differentiā.

¶ Hic phus ponit terciā rationem. premittit tamen q dicentibus motū nō esse nisi vacuum. sic accidit contrarium. scz q id in quo est motus plenuz est. Est ergo tercia ratio. Si vacuum esset. nihil cōtingeret moueri. neq; naturaliter neq; violente. sed hoc est falsum. ergo vacuuz cē ꝓter motū est impossibile et falsum. Minor nota. Maiorem probat a simili. quia propter hoc antiqui quidam dixerunt terram quiescere in medio. quia equaliter attrahitur a circūferentia celi. et nō habet ꝯnaturalitatem ad mediū locuz. simili modo oporteret dicere de eo quod poneretur in vacuo. Si em̄ vacuū haberet virtutem attractiuam. tunc attraheret corpus in ipo positum equaliter et sic cum illa vis attractiua nō haberet differentiaz qua magis vel minus moueret. tūc corpus nusq̄ mouebitur ergo si motus est. contingit dicere vacuum non esse. sed plenum.

Atuero neqz nūc semper manere idez possibile est Nullius eīm diuisibilis finiti vnus terminus tm̄ est nec si in vno sit continuū nec si plura. ipsum aūt nūc terminus est. z tempus est accipere finitum. Amplius si simul est fm tempus. z nec prius nec posterius in eodem esse z in ipso nūc est. simul sunt que in annum sunt millesimum his que sunt hodie. z nec prius nec posterius nihil aliud alio. De his q̄dem ergo que insunt ipsi tot opposita sunt

Hic pbus arguit ad oppositā partem. videlicz q non possit esse tm̄ vnuz. sed q sint plura nūc in tempore. z hoc duabꝫ rōnibꝫ. Prima est. Nullius ꝙtinui finiti est tm̄ vn⁹ terminus. sed tempus finitū cōtingit accipere cui⁹ nūc est terminus z finis. ergo eius sunt duo termini z fines. sed tales sunt duo nūc. Maiorem relinquit notam. qz quelibet linea finita habet pūctum initians z pūctuz terminās et sic de alijs ꝙtinuis. Secūda rō est. Si in tempore esset vnū nūc tm̄. tūc sequeretur q illa que facta sunt ad mille annos in preterito simul essent cum his que hodie sunt. et nihil altero esset ꝓus z posterius. qđ falsum est. Seq̄z lam probat. qz aliqua esse simul fm̄ tempus nihil aliud est q̄z ipa esse nō prius neqz posterius. sed esse in eodez. scilz tpo nūc. Epilogando dicit. Tot ergo sunt opposita de his que tempori insunt.

Quid est autem tempus. que ipsius natura similiter. et ex traditis immanifestuz est. z de quibꝫ attingimus aduenientes prius. Quidā eīm totius quidē motū dicūt. alij aūt ipam sphēram

¶ In hoc secūdo capitulo pbus inquirit quid sit tempus. Et diuiditur in duas partes principales. In prima reprobat quasdam opiniones antiquorum de quiditate temporis. In secūda facit hoc fm propriam opinionem. In ꝓma duo facit. Primo enumerat opiniones. Secūdo reprobat eas. Quārum ad primū dicit. quid sit tempus z que natura eius nō est satis manifestum ex iam dictis. z nō possumus scire quiditatem temporis ex sermonibꝫ antiquorum. Quidam eīm eorum dicūt tempus esse circulationem prime sphere. Alij autem dicunt tempus esse ipsam sphēram

Quāuis circulatōnis et pars tempus quoddam est. Circulatio autem non est. pars eīm circulationis est que accipitur. sed non circulatio. Amplius autez si plures essent celi. siliter esset tēpus cuiuslibet ipoz motus. quare multa tēpora simul

Hic pbus reprobat antiquorum primam opinionem duabꝫ rationibꝫ. Quarum prima est. Quelibet pars temporis est tempus. sed nulla pars circulationis est circulatio. ergo circulatio non est tempus. Secūda rō. Si tempus eēt circulatio celi. rūe circulatio cuiuslibet celi essz tempus. z sic essent plura tpa simul. qđ est impossibile

Totius autem sphera visa est quidem dicentibꝫ esse tempus. quia in tempore oīa sunt. z in totius sphera. Est aūt stultu⁹ quod dz q̄z z qđ est de hoc impossibilia considerare

Hic reprobat secūdam opinionez dicēs. q sphera totius mūdi. hoc est suprema sphera quibusdā visa est esse tempus hac rōne. qz sicut ꝓma sphera ꝓtinet oīa. ita z oīa sunt in tēpore. Et ōt pbs q hoc dictū hac rōne est stulti⁹ q̄z q de hoc aliqua impossibilia ꝓsiderentur. Et ōt Alber tus q arguit ex puris affirmatiuis in secūda figura arguendo In prima sphera sunt oīa. z in tempore sunt oīa. ergo tēpus est ꝓma sphera

Hic reprobat opinionez Alberti

Qm̄ aūt videtur maxime motus esse z mutatio q̄dam tempus. hoc considerandū est. Uniuscuiusq q̄ rem igit mutatio z motus in ipso mutato per alterationem z augmentatōnem est solum. aut vbi fortasse est ipm quod mouetur z transmutatur. Tēp⁹ aūt similiter z vbiqz z apud oīa est.

In hac secūa pte capli determiat pbs de tēporis q̄dita te fm opinionē suā ꝓpriā. Et diuidit in duas ꝑticulas In ꝓma ostēdit q̄d nō sit tēpus. In secūo ostēdit q̄d sit tēpus Quātū ad ꝓmā duo facit. Primo facit qđ dictū est. Secūdo q hoc idēꝫ habitudinē ad tēpus ꝑcaram p obliq̄ quū casum sic q nō est tempus sine eo. Quātū ad ꝓmuz dr. Qm̄ tēpus maxime videt esse mutatio q̄dam. cōsiderandū est an ita sit. Et g̃ ꝓbat duabꝫ rōnibꝫ q nō est motus in ꝙmuni loquēdo. Prima rō est. Mutatio vel motus vniuscuiusq solūmodo est in eo qđ mutat seu mouet illo motu. z solū est vbi est illud qđ mouet. sed tēs sit̄ est z apud oīa tpalia vbiqz

Amplius aūt mutatio q̄dē oīs velocior aut tardior est. tēpus aūt nō. Tardum aūt z velox tpe determinātur. velox q̄dē qđ in pauco multū mouet. tardū aūt qđ in multo paucū. Tēpus aūt nō determinat tēpore. neqz quo quātū aliq̄d est. neqz quo quale Qđ q̄dem igit nō est motus manifestū est Nihil aūt differt nobis dicere in p̄senti motū aut mutationem

Hic ꝓbat secūa rōne q tēpus nō est motus. q̄ talis est Oīs motus vel mutatio est velocior vel tardior. sz nullum tēpus est velox vel tardū. g̃ nullū tēpus est mot⁹ vel mutatio Maior est nota. passiones eīm motus sunt velox et tardū. Minorē ꝓbat. qz tam velox q̄z tardū definiunt tpe. tempus aūt tēpore nō definitur. ergo tēpus nō est velox neqz tardū. Maiorez illius ꝓsyllogismi ꝓbat. qz velox est qđ in paruo tēpore mouetur p multū spaciū. Tardum aūt est qđ in multo tpe mouet p paruū spaciū Minorē illius ꝓsyllogismi ꝓbat. qz tēpus nō definitur p tempus in eo q quale. neqz in eo q q̄tum. qz qualitas motus est velocitas z tarditas. z illa definiūtur tēpore. z quātitas mot⁹ etiā definit tpe. qz magn⁹ est mot⁹ q̄ est magni tpis. z paru⁹ q̄ est parui. Manifestū est g̃ ex dictis q tēpus nō est mot⁹. Et subdit pbs q hic nō debeamus facere dr̄am inter motū z mutatōem. sed vti possum⁹ eis hic indifferēter. quo aūt differāt inq̄stū ꝓprie accipiūtur dicet in quinto huius scie libro

Atuero neq; sine motu tēpus est Cū eīm nihil ipsi mutamur ꝑm intelligentiā. aut latet trāmutātes. nō videt nobis fieri tēpus sicut neq; qui in sardo fabulantur dormire apud heroes cum expergiscūtur. Lo pulāt eīm nūc ꝑmū posteriori nūc. ⁊ vnū faciūt remouentes ꝓpter insensibilitatē mediū. Tanq; igit si nō esset mediū nūc. sed idez ⁊ vnū nō esset tēpus. Sic et qm̄ latet alterū esse nō videt mediuz esse tēpus. Si igitur nō opinari esse tēpus tūc accidit nobis. cū nō ꝺfinimus nec vnā mutatōem. sed in vno indiuisibili videtur aīa manere. Cuz aūt sentimus ⁊ ꝺtermināmus. tūc dicimus fieri tēpus. Manifestū q; nō est sine motu neq; mutatatōe tēpus. Q; igit neq; mot⁹ neq; sine motu tēpus est manifestū est

Consequenter ostendit q; tēpus nō est sine motu. Et ꝑt rō formari sic. Sine illo nō est tēpus sine cui⁹ ꝓceptiōe nō ꝓcipit tēpus. sed sine ꝓceptōe motus nō ꝓcipit tēpus ergo tēpus nō est sine motu. Maior est nota. q; quorum vnū nō est intelligibile sine alio oꝓtz q; habeāt habitudinē adinuicē ad minus ꝑ obliquū ꝑ cata. Minorē ꝓbat. q; cū nihil trāsmutamur ꝑm intellectū aut latet nos trāsmutatio. tūc nō apprehendimus tēpus. Et hoc probat testimonio illoꝝ q̄ fabulose dicūtur in sardo dormiuisse apd̄ heroes. id est deos. multis annis. q; ipi nō ꝓceperāt tempus. rōne cui⁹ copulabāt instās quo ceperūt dormire instanti exꝓgefactōis sue. q; nō ꝓceperūt motū in tpe illo intermedio. ꝑ nec illud tēpus. Sicut eīm si instās fuerit idē nō fit tēpus oīno. ita si reputamus ipm esse idē tūc etiam reputamus nō fieri tēpus. sicut accidit illis hoīb⁹ q̄ dormierūt in sardo Manifestū est ꝑ q; tēpus non est motus nec est sine motu. Ibi notandū ꝑm Alber. q; qñ nos ꝓcipimus motū in eo q; ꝓcipimus nos ipos trāsmutari. tūc ꝓcipimus tēpus in hoc q; imaginamur vel sentimus nos ꝑm intelligentiā venire a ꝓori in posterius

Accipienduz aūt qm̄ querimus quid sit tempus hinc incipientib⁹ quid motus est. Simul eīm motuz sentimus ⁊ tēpus. Et nāq; si sint tenebre ⁊ nihil ꝑcorpus patiamur. motus aūt aliq̄s in aīa fit subito. simul eīm videt fieri quoddā tēpus. Atuero ⁊ cū tempus videtur fieri aliquid. simul ⁊ motus aliquis fieri videtur. quare aut motus aliquid est tēpus. Qm̄ aūt nō est motus necesse est motus aliq̄d esse ipm.

Inhac scda ꝓticula oñdit q̄d sit tēp⁹ inuestigādo ꝓtes i ꝺfinitōe tpis ponēdas Et subdiuidit in duo pūcta. ꝯtū ad ꝓmū inuestigat ꝓticulas ꝺfinitōnis tpis. inferēdo ex eis tpis ꝺfinitōem. Quo ad scōm declarat tpis definitiōnē. Jn ꝓmo pūcto duo tāgit. ꝓmuz est q̄ tēp⁹ est aliq̄d mot⁹. Scōm q̄d sit ipius mot⁹. Quātū ad ꝓmū ꝺt. Ex quo hic q̄rim⁹ q̄d sit tp̄s. oꝓtz incipe ab hoc scz ꝓsideranꝺo q̄d sit mot⁹. est eīm tp̄s aliq̄d mot⁹. Rō. q; nos simul sentim⁹ motū ⁊ tp̄s. ⁊ ꝑ sequtur q; tp̄s est aliq̄d ipi⁹ motus. Aūs ꝓbat. q; si sim⁹ in tenebris ⁊ nihil patiamur ꝑ corp⁹. sz mot⁹ dep̄hēdat eē in aīa ꝑ imaginatōem ⁊ intellectū. tūc statim ⁊ subito cū ipo motu ꝓcipit tp̄s. ⁊ ecōuerso cū tp̄s videt fieri. tūc simul cū illo tpe videt fieri ⁊ motus. q; necē est tp̄s esse alteꝝ. sz vel motū vel aliq̄d mot⁹. Sz tp̄s nō est mot⁹. ꝑ tp̄s est aliq̄d motus.

Qm̄ aūt qd̄ mouet ex quodā in quoddā ⁊ oīa magnitudo ꝺtinua sequit magnitudinē mot⁹. ꝓpter id eīm q; magnitudo ꝺtinua est. ⁊ motus ꝺtinu⁹ erit. Quātū eīm motus est tantū ⁊ tēpus videt fieri. Prius aūt ⁊ posterius in loco primuz sunt. Hec autem positione sunt ꝺterminata.

Hic ꝓbs iuestigādo vnā ꝓticulā vult oñdere q̄d ipi⁹ motus sit ipz tp̄s Et ꝓseqū b facit oñdit q̄d sit ꝓus ⁊ posteri⁹ i motu. et ꝑ⁹ ⁊ posteri⁹ i tpe. ꝓmittit tñ vñ sumak ꝺtinuitas i motu ⁊ tpe. ⁊ vult q; mot⁹ sumit ꝺtinuitatē a magnitudine. ⁊ tp̄s a motu. Probat. q; oīne qd̄ mouet. mouet et q̄ dā in q̄ddā ꝑm vbi ⁊ sit⁹ renouatōnem. hoc est de vbi in vbi. sz inter duo vbi est magnitudo cōtinua. ꝑ mot⁹ sumit ꝺtinuitatē a magnitudine. mot⁹ eīm sequtur magnitudinē et hoc intelligit de motu locali. ꝓpter id eīm q; magnitudo ꝺtinua est. mot⁹ ꝺtinu⁹ erit. Et q; tp̄s sequtur motū. ideo tp̄s sumit ꝺtinuitatē a motu. mēsurat eīm tp̄s motu. ⁊ motus tpe. q; ꝯtus est mot⁹ tātū videt fieri tp̄s. et q; ꝺtinuitas i motu causat a ꝺtinuitate magnitudinis. ideo ꝓus ⁊ posteri⁹ ꝓmo replētur in loco. q; vna ꝑs in magnitudine est añ ⁊ alia post ꝑm q; positōe determinant

Qm̄ aūt in magnitudine ꝓmū ⁊ vltimū est. necē est in motu ꝓus ⁊ posteri⁹ cē ꝓportionabiliꝝ his q̄ sūt ibi: Atuero in tpe est ꝓus ⁊ posteri⁹. ꝓpter id qd̄ sequtur sp alteꝝ ipoꝝ. Est aūt ꝓus ⁊ posteri⁹ ipoꝝ in motu. qd̄ eq̄dē ens mot⁹ ē. tñ cē ipi⁹ alteꝝ ē ⁊ nō ē mot⁹

Hic oñdit ꝓmittēdo scdo vñ sumak ꝓus ⁊ posteri⁹ in tpe. Et vult q; ꝓus ⁊ posteri⁹ in tpe sunt a ꝓori ⁊ posteriori in motu. ꝓbat sic. Eadē est ꝓportio mot⁹ ad magnitudinē ⁊ tpis ad motū. sed ꝓus ⁊ posteri⁹ in motu sunt a ꝓori ⁊ posteriori in magnitudine. ꝑ ꝓus ⁊ posterius in tpe sunt a ꝓori ⁊ posteriori in motu Minoꝝ pz. q; ꝓus in motu ꝺr ꝑs motus q̄ est in eo qd̄ est ꝓus in spacio. ⁊ posteri⁹ in motu ꝺr illa ꝑs q̄ est in posteriori ipi⁹ spacij. Maiorē ꝓbat ꝓbs. q; alteꝝ eoꝝ sp sequit alteꝝ. tp̄s eīm sequit motum ꝑm naturā. ⁊ motū sequit tp̄s sicut res nūerata suū numeꝝ Et subdit declarādo qūo ꝓus ⁊ posteri⁹ se habeāt ad motū dicēs. q; ꝓus ⁊ posteri⁹ qd̄ dicim⁹ esse in motu est illud mot⁹ qd̄ cū aliqn est tūc mot⁹ est. q; mot⁹ est in eo q; fit. illud aūt fieri est ꝺtinu⁹ fluxꝰ ex ꝓori in posteri⁹. ⁊ sic accepta ꝓus ⁊ posterius sūt ꝑtes ꝺtinui motus ⁊ ꝺtinua. tñ esse eorum ꝑm q; sunt sub forma prioris ⁊ posterioris non est esse motus

Atuero ⁊ tēp⁹ cognoscim⁹ cū ꝺfinim⁹ motū ꝑm ꝓus ⁊ posteri⁹ ꝺterminātes. ⁊ tūc dicimus fieri tp̄s qñ in motu ꝓus ⁊ posteri⁹ sensu ꝓcipim⁹. Determinam⁹ aūt in accipiēdo aliud ⁊ aliud ipm. ⁊ medium ipoꝝ alteꝝ. Cū eīm altera extrema medij intelligim⁹ et duo dicat aīa ipa. nūc h̄ q̄dē ꝓus. illud ꝯo posterius. tūc ⁊ hoc dicim⁹ eē tp̄s. Determinato eīm ipo nūc tp̄s eē videt ⁊ supponak. Qm̄ q̄dē igit tāq; ipm vnū nūc sentim⁹ ⁊ nō sit sicut ꝓus ⁊ posteri⁹ in motu. aut vtidē q̄dē ꝓoris aut posterioris alicui⁹ nō videt tp̄s fieri nullū. q; neq; mot⁹. Cū aūt ꝓus ⁊ posterius est tūc dicim⁹ tp̄s. Hoc eīm est tp̄s nūerus mot⁹ ꝑm ꝓus et posterius Nō ꝑ mot⁹ tēpus est. sed ꝑm q; numerū habet motus

Hic ꝓbus ostendit quid sit tempus ipius motus. z ꝑm qđ tempus ꝓsequitur motū. Et vult q tempus ꝓsequitur motū rone prioris z posterioris in motu. Probat sic. Rone illius tempus ꝓsequitur motū quo in motu cognito cognoscimus z tēpus. sed cognitis pōri z posteriori in motu cognoscimus tēpus. ergo tēpus ꝓsequitur motuz rone pōris z posteriōris. Maior patuit ꝓus. vbi dictū fuit q simul cognoscitur tēpus cū motu. Minorez declarat qz nos cognoscimus tempus cū distinguimus motuz in pus z posterius. Determinamus em tēpus quādo accipimus aliud z aliud nūc que sunt termini pōris z posteriōris. qz tūc accipimus aliud z aliud mediū ipoz nūc. z sic habebimus pus z posterius inter quatruor nūc accepta. Quādo em intelligimus altera extrema medij ita q medium aliud z aliud est inter ea. et si dicat aia ipa nūc sic eē duo. hoc đem pus z hoc posterius. tunc hoc verissime dicimus esse tempus. qz inter illa duo nūc est tempus. qz supponitur q tēpus est quoddā terminatū inter duo nūc Quādo vero nō ponimus duo nūc. sed tm vnuz siue stās siue fluens nō diuisum. tūc nullū tempus fieri videtur. qz tūc etiā motus fieri nō videtur. qñ vero pus z posterius est ꝑ modū ꝓdictū tūc tempus est. Ex quib infert ꝓbus definitōem tēporis dicens. Tempus est numerus motꝰ ꝑm pus z posterius. Et infert q ex dictis seqtur tempus nō esse motū. sed aliqđ motus. qz est motus ꝑm q motꝰ hz numerū ꝑm pus z posterius

Signū est aūt. plus quidem em z minus iudicamus numero. Motū aūt plurem z minorē tempore numerus vtiqz đem itaqz tempus est. Quoniā aūt numerus est duplr. z nāqz qđ numeratur z nnmerabile numeruz dicimus. z quo numeramus. tempus aūt est qđ numeratur. z nō quo numeramus Et aūt alterū quo numeramus. z qđ numeratur

In hoc scđo pūcto declarat temporis definitōem. z ꝓmo q tēpus sit numerus. qđ sic ostendit. Illud quo iudicamus aliqđ plus z minus hoc est numerus eius. sed motum iudicamus plurez seu maiorē z minorē tempore. ergo tēpus est numerus motus. Sed quis numerus motus sit ipm tēpus declarat ponendo distinctiōem numeri. z đt q qz duplex est numerus. scz materialis. z formalis. Materialis est res numerate ꝑm actū vel numerabiles ꝑm potentiā. Formalis est quo numeramus. sicut sunt spēs numeroz. q sunt vnus duo tres ꝛc. Et đt ꝓbus ꝑm q Albertus exponit. q tēpus est numerus quasi medius inter illos. Est em numerus in collectōne vnitatū nō simplr. sz cuiusdā generis. qz in genere partiuz motus. Et quo ad hoc est sicut numerus numeratus. sed qz applicatur motui sicut forma materie. ꝓpter hoc est numerus formalis et nnmerans

Et sicut motus semp aliud sic z tempus. Qđ autem simul oīe tēpus idem est Jpm em nūc idē est. z qđ đē erat. eē aūt ipsi alterū est

¶ In hoc tercio capl'o ꝓbus soluit obiectōnes motas in ꝓmo capl'o de tēpore z de nunc. z hoc facit notificando quiditatē ipius nūc. Diuidit aūt istud capitulū in duas partes ꝓncipales. In ꝓma soluit dubitatōes. In scđa ponit ꝓprietates ipius nūc. Prima pars diuidit in duas particulas. In ꝓma soluit ꝓmā dubitatōem ponendo id per qđ solui possunt rones facte In scđa soluit scđaz. Quātū ad ꝓmā đt. q rones ꝓbāt q tempus nō habet esse pmanens sed successiuū. Sicut em motꝰ in partib suis semp est aliud z aliud sic z tempus. qđ est numerus motꝰ ꝑm pus z posterius. eo q non habet permanentiā in partibus Et qz ex hoc aliquis posset estimare q tempus idez esset qđ motus. Ideo subiūgit differentiam dicens. q licet in hoc ꝙueniant motus z tempus q vtrūqz est successiuum tm tēpus in hoc differt a motu qz motus nō in oīm mobili est idē. sed sunt diuersi motus ꝑm diuersa mobilia. Sed tempus omniū tēporaliū simul est vnū z nō multiplicatur ꝑm multitudinē tēporaliū

Jpm aūt nūc tempus mensurat ꝑm q prius z posterius est. ipm aūt est đem sicut idem. est vero sicut nō idem. ꝑm đem em q in alio z in alio alterum est hoc vero erat ipsi nūc. Jncptum aūt quodcūqz ens est ipm nūc idem est

In hac secūda particula prime partis soluit secūdam dubitatōem. Et duo facit. Primo narrat solutōem. Secūdo declarat eam. Quātum ad ꝓmū đt q nūc đz mensurare tēpus eo qđ est causa tēporis. qđ est mensura. Diuidit em motū in prius z posterius. Et subiungit q ipsum nūc est quodāmodo idem z quodāmodo nō idem. Idez est eo q ꝓstitutum est vnitate eius qđ mouetur. Et est sicut nō idē incptū variat in esse ꝑ renouatōez situs eius qđ mouet. ꝑm hoc em q est in alio z in alio vbi est alteruz. et hoc erat quoddam esse ipsius nunc incptum est in fluxu a priori in posterius. Jncptum aūt hoc qđ mouetur est idē ipm nūc quod accipitur penes eius vnitatem est idem Et sic pāret solutio ad dubitatōhem motam de nunc in primo capitulo.

Sequitur em sicut dictum magnitudinē motus Nūc aūt tempus sicut diximus Et siliter igit pūcto qđ fert quo motū cognoscimꝰ z ꝓus in ipo z posterius. hoc đđē đđcūqz ens idē est. aut em pūctum aut linea aut lapis. aut aliqđ hmōi est. rone aūt aliud est. sicut sophiste accipiūt alterū cozuscū in theatro esse z cozuscū in foro. Et hoc igit in eo qđ alibi z alibi alterū est. Illud aūt qđ fert seqtur ipm nūc sicut tps motum. Eo em qđ fert cognoscimus ꝓus z posteriꝰ in motu. ꝑm aūt q nūerabile ꝓus z posteriꝰ ipm nūc est Quare z in his qđ đđē ens nūc est idē est. ꝓus aūt z posterius ipm nūc est. ḡre z in his qđ đem ens nūc est idē est. ꝓus em z posterius est qđ in motu Esse aūt alterū ꝑm ei q nūerabile est ꝓus z posterius ipm nūc est. Et motum maxime hoc est. Et motus em ꝑr id quod mouet. z loci mutatio ꝑr id quod fertur. hoc aliquid em qđ fertur. motus aūt nō Est đem igit sicut idē ipm qđ nūc dicit semp. Est aūt sicut nō idem Et nāqz est siliter quod fertur.

Hic declarat solutōem dubitatōnis mote de ipo nūc fuit em solo ad qstionē q qrebat an sit vnū nūc in toto tēpore vel nō. q nūc est vnuz in toto tpe ꝑm substantiam. est tamen alterū z alterū ꝑm esse. Ex declaratione quam ponit ꝓbus in hoc textu formatur sic rō. Sicut se habet mobile ad motum ita se habet nunc ad tempus. sed mobile est vnum ꝑm substantiā in toto motu. z est alterū ꝑm esse. ergo z nūc est vnum in toto tempore. sed alterum ꝑm esse

Maiorē ꝓbat.qz sicut motus se hz ad tempus.ita mobile se habet ad instans.sed tēpus seqtur motuz.ergo instans seqtur mobile.ergo sicut se habet mobile ad motuz ita instans ad tēpus. Minorē illius ꝓsyllogismi ꝓbat in ꝓncipio istius textꝰ sic Sicut se hz motus ad magnitudinem ita se hz tēpus ad motū.sed motus seqtur magnitudinē.vt dictū est ꝓus.ergo tēpus seqtur motū. Sed maiorē illius ꝓsyllogismi.videlz.sicut se hz motus ad tēpus ita mobile ad nūc siue instans. Probat sic.sicut instans se hz ad tēpus z mobile ad motū.sic pūctus motus habz se ad lineā quā facit p motū.sicut em̄ punctus agit lineā vt geometre dicūt. z translatū trālatōem.ita nūc agit tēpus Cū igit̄ ista tria scz magnitudo.motus.z tēpus sint inuicē ꝙsequūtur.necesse est vt agentia illa tria.scz pūctus .mobile.z nūc se sequāt. Minor ꝓncipalis rōnis.scz q mobile est vnū z idē in toto motu.alterum tm̄ z alterꝫ ꝑm esse.hz duas partes. Primā ptē illius minoris sic ꝓbat exēplariter.si ponatur hoc mobile pūctus.aut lapis.aut aliqd aliud hmōi manet idē ꝑm subiectū. Vñ dr ibi Albertus solūēdo obiectōnem q̄ fieri posset q licet lapis diuisibilis sit tm̄ in vnitate moti siue eius qd mouetur acceptus lapis accipit vr indiuisibilis z vnicus.z ideo vnitas sua q̄ formaliter est in ipo ꝑm q fertur est indiuisibilis.z hec est natura.eius qd vocatur nūc. Secām partē minoris ꝓncipalis.scz q mobile in motu est diuersum siue alterū z alterū ꝑm esse ꝓbat. Sicut sophiste dicūt coriscū esse alteriꝰ rōnis in theatro.z alterius ratōnis in foro.z hoc ideo.qz coriscus est alteruz z alterū in hoc q est alibi z alibi.z si non esset ibi aliqua pluralitas nō dicerent coriscuz aliquo mō esse alterū.et si nō esset ibi aliqua vnitas nō dicerent ipm vnū. Post hec reuertit ꝓbus ad ꝓbandū aliter maiorem ꝓncipalis rōnis.scz sicut se habet mobile ad motū ita nūc ad tēpus. Et possunt ex textu due rōnes formari Prima est ista. sicut tēpus se habz ad motū ita nūc ad mobile.qz sicut tēpus seqtur motū.qz causat a motu.ita nunc seqtur mobile.qz causat a mobili.ergo ꝑm pmutatā ꝓportōnem sicut mobile se habet ad motū.ita nūc ad tēpꝰ. z hec erat maior. Secūda rōne ꝓbat sic. Sicut p mobile cognoscimꝰ ꝓus z posterius in motu.sic p nūc cognoscimꝰ ꝓus z posterius in tempore.qz sicut p hoc q mobile fit in alio z in alio situ z loco cognoscimus q ꝓius z posterius sunt in motu.ita cognoscimus per nūc ꝓus z posterius in tēpore Deposit infert ꝛcl̄onem ꝓbatā. Et qz dictū est q instans siue nūc z mobile se sequūtur.possz quis dubitare an nūc esset magis notū q̄z mobile. Dicit ꝓbus q mobile est maxime notum.qz id qd mouetur est aliqua substātia nobis nota.motus aūt nō habet esse firmū.sed fluens.ideo motum p mobile cognoscimus.z p motū tēpus.ergo mobile est magis notū q̄z instans. Sic igit̄ sufficienter dictum est qualiter nūc est idē.z qualiter nō est idem.z hoc ad similitudinē eius qd mouet. Et Albertus applicās illa ad solutōem dubitatōis scde dr.q soko eius ptz.q nūc aliq̄ mō est vnū.z aliquo mō non est vnū.z quodāmodo manet incorruptū.z quodāmodo est corruptū ꝑm rōnem ꝓris z posterioris.z tūc nec in se nec in alio nūc corrūpitur. qz eius corruptio nō est nisi qz amittit rōnem ꝓris q̄ accipit rōnem posterioris.

Manifestū est aūt q nisi tēpꝰ sit.ipm nūc nō erit. sed qz ipm nūc nō erit.tempus non erit. simul enim sunt sicut qd fertur z locimutatio.sic z numerꝰ q̄ est eius qd fertur.z qui est locimutationis.¶Tempus q̄ dem em̄ est loci mutatōnis numerus. ipm aūt .et qd fertur. vt vnitas numeri.

In hac scda parte ꝓncipali inqrit qditatem ipius nūc assignādo ꝓprietates eius. Et subdiuidit in tres particulas ꝑm q tres ponit ipius nūc ꝓprietates Prima ꝓprietas est.si tempus nō est nūc nō erit.z si non est nūc tēpus non erit.z sic nūc z tēpus sunt simul Probat tali rōne. Sicut sicut se habet mobile ꝑm locū vt hmōi z ipa loci mutatio sic se habet nūc z tempus.sed mobile vt hmōi simul est.z nō est cū motu.ergo nūc simul est.z nō est cū tpe.z p cōsequens si tēpus est nūc est.z si nūc est tēpus est. Maiorem ꝓbat.qz sicut tēpus est numerus motus ita nūc est sicut vnitas in illo numero.

Et ꝛtinuū iaz tēpus est ipi nūc.z diuidit ꝑm ipm nūc. Seqtur em̄ hoc ad loci mutatōem. z ad id qd fertur.z motus em̄ z loci mutatio vna est ab eo qd fertur.qz vnū z nō quodcūqz ens. Et nāqz cōficiet sz aut rōne.z nāqz cōterminat priorē z posteriorez motum hoc.seqtur aūt z hoc quodāmodo ad pūctum. Et pūctum em̄ ꝛtinuat longitudinem z cōterminat Est em̄ huiꝰ qdē ꝓncipiū.illius aūt finis

In ista scda ꝓticula secūde ꝓtis ꝓncipalis ponit phs scdam ꝓprietatē q̄ tangit dr̄iam inter vnitatē z nūc. quia stati ꝓcauerat nūc vnitati.z vult dicere phs q sic differāt qz vnitas solū diuidit numez.sed nō ꝛtinuat.nūc aūt facit vtrunqz in tpe. Vñ duo facit in hac particula. Primo ponit ꝓprietatē. Scdo remouet dubiū. Quātum ad primū dr.q nūc hz ꝛtinuare z diuidere ipm tēpus. Probat hoc duabꝫ rōnibꝫ. Prima est.sicut se hz mobile ad motū et loci mutatōem.ita se hz numerus seu mensura mobilis ad numez seu mensurā loci mutatōis.sed mobile ꝛtinuat z diuidit motū.ergo nūc qd est mēsura mobilis cōtinuat z diuidit tēpus qd est numerus loci mutatōis seu motus. Minorē ꝓbat.qz mobile nō deficit in forma trālati.sed est vnū in toto motu.ita q nō q̄nqz sic z q̄nqz nō sit. Si em̄ nō essz aliqñ vnū in forma translati tūc deficeret.sed non deficit nisi rōne'que sumitur penes situs renouationē.hoc mō etiā idē nūc determinat ꝓrem z posteriorem motū p hoc q est finis p̄teriti z ꝓncipiū futuri. Seq̄ cūda rō est.sicut se hz pūctus ad lineā.ita nūc se hz ad tēpus.sed pūctus ꝛtinuat lineā z diuidit eā.ergo nūc continuat z diuidit tempus. Minorez declarat.qz pūctū ꝛtinuat lineā ꝑm longitudinez.sed determinat siue diuidit ipam in q̄tū est ꝓncipiū vnius z finis alterius

Sed cū sic ēdem accipiat aliqs tāq̄z duobꝫ vtēs vno.necesse ē stare si ꝓncipiū z finis idem pūctū erit Ipm aūt nūc ꝓpter id qd mouetur semp alteruz est. Quare tēpus numerus nō sicut eiusdē pūcti. quare z ꝓncipiū z finis.sed sicut vltima eiusdē magis.z nō sicut partes.z ꝓpter qd dictū est.medio em̄ pūcto tanq̄z duobꝫ vtēt.ergo q̄escere accidit

Hic phs remouet dubiū.qz ꝓbauit p silē de puncto q scz nūc ꝛtinuat z diuidit tēpus.sicut pūctus lineā. posset qs dubitare an simplr z oino eodem mō nūc se habeat ad tēpus sicut pūctus ad lineā. Et vult q nō est oino silē. sed est in hoc differentia inter ea.qz ꝛtingit vti vno pūcto vt duobꝫ.sed nō ꝛtingit vno nūc vti vt duobꝫ. Qd sic declarat.si aliqs vtatur vno indiuisibili bis.semel vt fine.z

semel vt ꝓncipio tunc necesse est ꝙ indiuisibile quiescat ⁊ etiam ꝓtinuum quiescat ⁊ ꝑmanentiam habeat in ꝑtib⁹ Si em̄ non ꝑmaneret pars anterior. tunc non posset de⁊ monstrari indiuisibile vt finis eius. qz quod non est. non habet finem. Et si non posset demōstrari posterior pars non posset idem indiuisibile demonstrari vt ꝓncipiū ei⁹ ꝑ eandem ratōem. qz quod in se non est. illius ꝓncipium non est. Sed ipsum nunc quod est vnitas ei⁹ quod mouetur ſm ꝙ mouet oportet alterum ⁊ alterꝫ esse semꝑ quando diuidit temp⁹. sicut id quod mouet semꝑ alterū est ꝫ in spacio ⁊ in motu. Ex quo seqtur ꝙ temp⁹ est numerus causat⁹ ab ipso instanti siue nūc. non sicut pūct⁹ cuiuslibet causantis numerꝫ qui punct⁹ idem est ꝓncipium vnius linee ⁊ finis alteri⁹. sed sicut duo fines duoꝝ diuersoꝝ tempoꝝ que tamē vltima nō sunt partes temporis Ex quo ꝓz ꝙ si vteremur vno nūc vt duobꝫ ipm essꝫ ꝑmanens vt punctus

Et adhuc manifestū ꝙ nulla pars ipsum nunc tē poris est neqꝫ diuisio motus sicut nec puncta linee. linee em̄ due partes vnius sunt. Scōm quidem igi tur ꝙ est termin⁹. ipsum nūc non est tempus sed ac⁊ cidit. ſm vero ꝙ numerat numerus. termini q̄dem il lius solum sunt cuius sunt termini. Numerus autē qui est hoꝝ equoꝝ decem alibi ⁊ alibi est Oꝫ q̄dem igitur tempus est numer⁹ motus ſm ꝓius ⁊ poste⁊ rius sit nō ꝓtinuū. ꝓtinui nāqꝫ manifestū est

¶ Hic ponit terciā ꝓprietatem que attribuit ipsi nunc Que est ꝙ nunc est pars temporis sed accidēs eius. pri⁊ mum probat pbus sic. Sicut se habet diuisio motus si⁊ ue momentū vel mutatū esse ad motū. ⁊ sicut punctus ad lineam. ita se habet nunc ad tempus. sed diuisio mo⁊ tus seu mutatū esse non est pars motus. nec punct⁹ pa linee. sed due linee sunt partes vnius. ergo nunc ꝫ non est pars temporis Secūdum probat ꝙ nūc accidat tem pori. quia nūc est terminus temporis. sed accidit nūc esse terminū temporis. ergo nūc accidit tempori Hinozem sic declarat. qz finis est ei⁹ cuius est finis ⁊ non alterius sed nunc acceptū ſm ꝙ substātialiter est in tempe sic nō est finis. sed sic est vnū in toto tempore inq̄tum est nu⁊ merus mobilis numerās ipsum in toto motu. ⁊ sic nunc est agens numerꝫ qui est tempus ⁊ non termin⁹ seu fi⁊ nis. quia sicut dictū est. termin⁹ non est nisi terminati et non excedit. inq̄tum aūt est numer⁹ tunc est omniū nu⁊ merabiliū ⁊ non aplicat vni tātum. sicut numer⁹ forma lis qui est decem equoꝝ est numerus denari⁹ formaliter acceptus. etiam est altioꝝ numerabiliū numerus sicut ca num vel hominū. hoc em̄ est substantiale ipsi nunc ꝙ ha beat se ad tempus sicut agens ipsum. Epilogādo di⁊ cit. ꝙ manifestū est ꝙ tempus est numerus motus ſm ꝓ ius ⁊ posteri⁹ Etiā manifestū est ex dictis ꝙ temp⁹ est con tinuū. qz tempus est numer⁹ ꝓtinui. ḡ est ꝓtinuū.

Minimus aūt numerus qui simpliciter q̄dem dualitas. Quidā aūt numerus est qui est q̄dem si⁊ cut est. aut tanq̄ non. vt linee minima multitudine q̄dem est due aut vna. magnitudine q̄dem non est minima. Semꝑ em̄ diuiditur omnis linea. quare si militer est temp⁹ Minimū em̄ q̄dem est ſm numerum vnū aut duo. ſm ꝓo magnitudinē nō est

¶ In hoc quarto capitulo ex definitiōe tēporis assignat quasdam ꝓprietates que ipsum ꝓsequuntur inq̄tum est in genere cōtinui ⁊ inq̄tum est in genere numeri. Et di⁊ uiditur in quinq̄ partes ſm quinq̄ ꝓprietates. Quaruꝫ prima est. In tempore dabile est minimū ſm numerꝫ. sed non ſm magnitudinē. probat. quia duplex est numer⁹. for malis ⁊ materialis. ⁊ in vtroq̄ est minimū dabile. sicut in numero formali min⁹ est binarius. sed materialis q̄⁊ dāmodo habet minimū. ⁊ quodāmodo non. probat de li nea. quia si accipiat numer⁹ linee quo numeratur ꝓout partes sue sub forma discretōis ꝓsiderantur. tunc ille est numerus numerat⁹. ⁊ vlterius numerās lineam per par tes. ⁊ sic habet numerꝫ multitudine quod sunt due linee aut vna. Si aūt linea accipiat non vt numeratū. sed ꝓ ut est sub forma ꝓtinui. tunc non habet numerꝫ. quia om nis linea semꝑ diuiditur in infinitū. Similiter est de tē⁊ pore ꝓout est numer⁹ reperitur minimū quod est vnuꝫ vel duo tempa. sed ſm magnitudinē nō ḥz minimū

Manifestū est aūt ꝓpter quod tardū. ⁊ velox non dicit. Multū aūt ⁊ paucū. ⁊ breue ⁊ lōgum. Scōm em̄ q̄dem ꝙ ꝓtinuum est ⁊ longū ⁊ breue. Scōm aūt ꝙ numer⁹ multū ⁊ paucū. velox aūt tar dum non est. Neqꝫ em̄ numerus quo numeram⁹ ve lox ⁊ tardus vllus est

¶ In hac secunda parte ponit ꝓprietatē Et est ꝙ temp⁹ non dicitur velox aut tardū. sed multum ⁊ paucū. lon⁊ gum ⁊ breue. Terciū probat. quia longitudo ⁊ breuitas sunt passiones cōtinui. tempus aūt est cōtinuuꝫ. ergo est longum vel breue. Secūdum probat. quia multitudo ⁊ paucitas sunt passiones discreti siue numeri. sed temp⁹ est numer⁹. ergo temp⁹ est multum vel paucū Primū probat Nullus numer⁹ quo numeram⁹ est velox vel tar dus. temp⁹ est numer⁹ quo numeram⁹. ergo non est ve lox vel tardum. Preterea Albert⁹ probat etiam sic. qz velox ⁊ tarduꝫ sunt passiones motus. sed temp⁹ non est mot⁹. ḡ nec velox nec tardum

Et idem aūt vbiqꝫ simul ⁊ ꝓius ⁊ posteri⁹ non idem. quia ⁊ mutatio ꝓsens q̄dem vna facta est. et futura altera est. Tempus aūt numer⁹ est non quo numeram⁹. sed quod numerat. Huic aūt accidit ꝓ ius ⁊ posteri⁹ semꝑ alterū. Ipsa em̄ nunc semꝑ altera Est aūt numer⁹ vnus q̄dem ⁊ idem qui est centum equoꝝ ⁊ qui est centū hominū. Quoꝝ aūt numer⁹ aliter est equi ab hominib⁹.

¶ Hec est tercia pars huius capituli in qua ponit ter⁊ tiam ꝓprietatē que ꝓuenit tempori. put est numer⁹ nu⁊ meratus qua differt a numero formali qui simplr est nu⁊ merus Et est hec. Tempus inq̄tum ad illud quod de ipo simplr est sicut ꝑsens nunc. est vbiqꝫ simul apud omnia. ſz ſm ꝓius ⁊ posteri⁹ non est simul. sed pori⁹ vnū fuit ⁊ al⁊ terum adhuc est futuꝝ Probat hoc sic. qz sicut mobile se habet ad motū. ita nunc ad temp⁹. sed mobile in toto motu est ynum. sed ꝓius ⁊ posteri⁹ in motu sunt diuer⁊ sa. ḡ etiā nūc in toto tpe est vnū. ꝓius aūt ⁊ posteri⁹ diffe⁊ runt ad minus ſm esse. ſz subiecto sint idem Quod sic de clarat pbus. qz temp⁹ est numer⁹ mot⁹. ⁊ non numerus quo numeram⁹ simplr. sicut numer⁹ formalis. ⁊ ꝓpter hoc accidit ꝓius ⁊ posteri⁹ altera haberi. quia ipsa nunc q̄

sunt diuidētia ꝑus z posteri⁹ sunt altera z altera.numerus aūt formalis sicut ꝑsens nunc in tempe idē est apud omnia numerata z simul. Sicut in alijs numer⁹ formalis simpliciter idem est omniū numeratoꝝ.sicut cētum est vnus numer⁹ cētum equoꝝ.z centū hominū cē.sed numerus numerat⁹ sicut ꝓius z posteri⁹ in motu z tempore sunt alia z alia,sicut etiam numerata ꝑdicta sunt alia z alia sicut hoīes z equi q̄ sunt nūerata ꝑ cētum

Amplius sicut cōtingit motū esse eundē z vnum itertum z iterum.sic z tempus cōtingit.vt hyemen. aut ver aut autumnum

¶Hic ponit pḧus in quarta parte quartā ꝓprietatē q̄ ꝙuenit tempori ꝓout adequate est numer⁹ ꝓimi mot⁹ circularis Que est.q vnū z idem temp⁹ reiteratur pro/bat dupliciter.qz ꝓimus mot⁹ cuius temp⁹ numer⁹ est reiteratur vnus z idē.ergo z tēpus Secūdo probat.qz qualitates temporis que sunt hyems z estas quolibet anno reiterant. Et dicit Albert⁹.q istā ꝓprietatē temp⁹ differt a numero formali.qz ille numer⁹ non reiterat in se ipsum sed ꝓcedit in infinitū.

Non solum aūt motū tempore metimur.sed motu temp⁹ ꝓpter definiri adinuicē. Temp⁹ q̄dem eī determinat motū cum sit numer⁹ ipsius.motus aūt temp⁹ Et dicim⁹ multū z paucū esse temp⁹ motu mensurātes sicut z in numerabili numerū. Numero q̄dem equoꝝ multitudinem cognoscim⁹. Iterum aūt vno equo equoꝝ numerū ipsum.Similiter aūt z in tempore z in motu est. Tempore q̄dem eī motum.motu aūt temp⁹ mensuram⁹ Et hoc accidit rationabiliter.imitat eī magnitudinē quidē motus. Hunc aūt tēpus.eo q̄ quanta z cōtinua.diuisibilia sunt.propter q̄dez eī magnitudinē esse huiusmodi motus hoc sustinet.ꝓpter aūt motū tempus.z mensuram⁹ magnitudinē motu.z motū magnitudine.Multā eī dicimus esse viā si ꝓcessus multus Et hunc multū si via multa. Sic igit tēpus si motus z motū si ,tempus

¶In hac quinta parte huius capituli ponit quintā proprietatē temporis in qua temp⁹ ꝙuenit cum numero formali. Et est q̄ non solū metimur seu mensuram⁹ motū per tempus.sed etiam temp⁹ aliquādo mēsuram⁹ motu Quam probat sic. Quecūq eisdem ꝓprietatib⁹ determinantur z certificant q̄tum ad suam q̄titatē illa mensurantur ab inuicē.sed sic est de motu z tēpore.ergo mot⁹ z tēpus ab inuicē mensurantur. Minorē probat triplici/ter. Primo ex modo loquēdi.quia dicimus tēpus magnum.quia motus est magn⁹.econtra motus dicit⁹ magnus.quia tēpus magnū.z aliquādo dicim⁹ tēpus esse multū vel paucū mensurando per motū.eo q̄ aliq⁹ perfecit longā viam que non nisi multo tēpore ꝑfici potest. z econtra sicut multū dicimus de die trāsiuisse.qz sol ascendit ad mediū hemisperiū. Secūdo ꝓbat a simili in numero formali.qz nō solū mēsuram⁹ numerabilia ꝑ numeꝝ.sed etiā aliq̄ mēsuram⁹ z certificam⁹ numeꝝ ꝑ numerabilia.exēplū vt ꝑ numeꝝ cognoscim⁹ numeꝝ multitudinē equoꝝ.z econtra ꝑ vnū equū multotiens replicatū cognoscim⁹ numeꝝ equoꝝ.ita similiter q̄n nobis certa est

q̄titas tempoꝝ z mot⁹ q̄titas est nobis ignota.tūc motū ꝑ temp⁹ mēsuram⁹. z econtra si opposito modo se habeāt Verum tñ est q̄ mot⁹ accidēaliter mēsurat tēpus z similr numerabilia numeꝝ. Tercio ꝓbat ꝑ aliud sīle Sicut eī se habet mot⁹ ad magnitudinē.ita temp⁹ ad motū.sed nos mensuram⁹ magnitudinē ꝑ motū z econtra.ḡ Probat maiorē.qz magnitudo est ꝓtinua z discreta seu diuisibil.z ꝓpter eam mot⁹ est hmōi. z tēpus ꝓpter motū. Minorē ꝓbat.q̄ viam q̄ꝝ dicim⁹ multā z longam.qz ꝓcessus est multus z long⁹.z aliqñ econuerso dicimus ,ꝓcessum magnū esse si via sit magna. Sicut si via de vna ciuitate sit multa seu longa z nobis nota.tūc qñ venimus ad aliā ciuitatē dicim⁹ q̄ multo tpe ,ꝓcessim⁹ Sed qñ distātia nobis nō est nota tūc si multo tempore ,ꝓcessim⁹ absvna ad aliā dicim⁹ viā illam esse longā z eas multā distare Sic ꝑ eodē mō se hñt tēp⁹ z mot⁹ q̄ vtrūq̄ mēsurat ꝑ altrum

Quoniam aūt tempus est metrū motus.z eius quod est moueri Mensurat aūt sic motum in determinando quēdam motū quo mensurabit totū sicut longitudinē cubitus in determinādo aliquā magnitudinē que metitur totū

¶Istud est capl'm q̄ntum huius tractat⁹ in quo pḧs incipit determinare de tempe ꝑ ꝓpatōnem ad illa q̄ sunt in tempe z quo ad hoc q̄ntum facit illud q̄tum ad ea q̄ sunt in tempe sicut in mensura Diuidit aūt in q̄tuor partes In ꝓma ostendit qūo temp⁹ mensurat motū. In secūda qūo mensurat mobilia In tercia qūo temp⁹ est mensura q̄ris.z qūo non. In quarta.que entia sint in tempe z que non In ꝓma ꝑte duo facit.ꝓmo ostendit qūo mot⁹ mensuret tempe. Secūdo q̄d sit motū esse in tpe.Quantū ad ꝓmum dicit.Quoniā temp⁹ est metrū z mensura mot⁹.ideo oꝑtet declarare q̄liter hoc fiat Mensurat igitur temp⁹ motū in hoc q̄ determinat quendā motū partialem q̄ vt pars mensurat totū motū Exemplū dat Albert⁹ de motu diurno quē mēsurando accipim⁹ ꝓmo motum vni⁹ hore z ad eq̄litatem illi⁹ mēsuram⁹ motū duodecim horaꝝ.z ille est mot⁹ diei artificialis.mēsuram⁹ sic etiā motū vigintiq̄tuor horaꝝ q̄ est motus diei naturalis. Aristoteles in textu dat simile de longitudine magnitudinis.qz cubit⁹ determinat sibi ꝓrem magnitudinis ꝑ cuius replicatōem mensurat tota magnitudo. Et hoc simile declarat Albert⁹ de vlna z pāno. Si eī vlna sit nobis certe q̄titatis tūc applicam⁹ eam pāno z accipim⁹ ꝓtialem q̄titatem panni z replicando illā certificat nobis tota q̄titas panni.

Et est motum in tēpore esse.Mensurari tempe z ipsum z esse eius.Simul eī z motū z esse mot⁹ mensurat.z hoc est ipsū in tpe eē mēsurari ipi⁹ esse

¶Hic ostēdit pḧus q̄d sit motū esse in tempe.z quid de motu mensurat tempe dicens.q motū esse in tempe est ipsum tempore mensurari Mensurat aūt tempe ipse motus z esse eius.qz ipe ꝑm esse z essentiam temporalis est eo q̄ est successiuus.hoc est ergo motū esse in tempe a tēpore mēsurari z ipsum z esse eius

Manifestū aūt quia z in alijs.hoc est in tempore esse mensurari esse ipsoꝝ sub tpe In tpe eī esse diuoꝝ est altey.vnū q̄dem esse tūc qñ tps est.vnū aūtē

sicutq̄dam dicim⁹.qz in numero sunt. Hoc āt significat aut sicut partē numeri ⁊ passionē ⁊ oīno qō numeri est aliq̄d.aut quod est ipsius numer⁹ Quoniam aūt numer⁹ tempus est.ipsum q̄dem nūc ⁊ p⁹ us.⁊ q̄cunq; sunt huiusmodi sic in tempore sunt.sicut in numero vnitas ⁊ supfluus ⁊ par Hec quidez numeri aliquid.illa vero temporis aliquid sunt. Res aūt sicut in numero in tempe sunt.si aūt hoc ē ꝓtinēt sub numero sicut q̄ sunt in loco sub loco.

¶ In hac secūda parte ostendit pḧus qūo mobilia seu res que mouēt aut moueri possiunt sint in tempe. Diuidi tur aūt in duas ptes. In prima ostēdit qūo res dicantur esse in tempe In secūda ptcula ostendit q̄ accidant rebꝫ ex hoc q̄ sunt in tempe ꝺcludēdo q̄ res eterne vt huiusmodi nō sunt in tempe Quātum ad ꝑmam duo facit.ꝑmo quod dictū est. Secūdo excludit quēdam modum q̄ res possent dici esse in tempe. Quo ad ꝑmū ꝺr. q̄ manifestū est etiā in alijs a motu q̄ esse ipsa in tempe est ipsa tempe mēsurari ⁊ sub tempe Quod sic ꝓbat.q̄a esse in tempe.vel est esse simul cū tpe scz esse qñ temp⁹ est. Vel est esse in tempore.sicut aliquid est in numero. Si se cūdo modo dicaī aliq̄d esse in tempe hoc ꝓtingit dupliciter quēadmodū ⁊ in numero ꝺr aliq̄d esse dupl̄r Primo sicut aliq̄d numeri existēs sibi essentialr ꝓiunctū. sicut ps aut eius ꝓpria passio.aut q̄cunq; modo aliq̄d est numeri intrinsecū. Secūdo ꝺr aliq̄d esse in numero.qz ipsius est numer⁹.eo q̄ ipsum numerabile est p numez. Et q̄a tempus numer⁹ est.oīes isti modi erūt aliq̄ modo in tempe qz nūc ipsum ⁊ ꝑus ⁊ posteri⁹ sunt in tempe sicut aliq̄d temꝑis tanq̄ essentialr ipsi tempi ꝓiuncta.sicut vnitas est in numero par ⁊ impar.supfluū diminutū ⁊ ꝓfectū q̄ sunt numeri aut partes aut essentiales passiones illi eēntialiter ꝓiuncte cum numer⁹ cadat in definitōe eoz sicut ergo ista sunt aliq̄d numeri ita ⁊ illa sunt aliq̄d temꝑis. Sed ipse res q̄ sunt in tempe sunt in ipso sicut in numero numerāte eas.eo q̄ in se sunt materia numeri.⁊ sic ꝓtinēt res ille sub illo nūero sicut res locate ꝓtinēt sub loco

Manifestū aūt est quoniā non est in tempore esse quādo temp⁹ est sicut neq; in motu esse neq; in loco quādo locus est ⁊ motus. Si em̄ erit quod est in aliquo sic oīes res erūt in quolibet celum in milio. Quando em̄ miliū est. celū est. Sed hoc q̄dem accidit illud aūt necesse est sequi.⁊ ei quod est in tēpore esse quoddā tēpus quādo.⁊ illud est ⁊ ei qō ē. in motu esse tunc motum

¶ Hic pḧus excludit ꝑmum modum sic q̄ primo oīa esse in tempor.enon dicimus res esse in tempore sic q̄ aliquid dicatur esse in tempore.quia est quādo temp⁹ est.ꝓbat primo a simili.qz esse in motu non dicit aliquid.quia est quādo mot⁹ est nec aliq̄d dicitur esse in loco.quia est quādo locus est.ergo nec aliquid dicit esse in tempore.qz est quando temp⁹ est. Secūdo probat ducendo ad inconueniens Seq̄retur em̄ ex hoc q̄ omnes res essent in qualibet re.quoniā oīes res se ꝓcomitātes in esse sunt quādo ille sunt sic etiam sequeret q̄ celum esset in grano milij qz celum est quādo granū milij est Coexistere em̄ res tēporales ipsi tempori accidit ex ꝓcomitantia temꝑis ad tēporalia.sed illud quod est esse ꝓpriū ipsius rei ex eo q̄ res est in tempore sicut in numero hoc sequtur necessario. Sicut in simili hanc rem esse in motu.licet non sequat necessario simpliciter esse motum.tamen necessario sequitur hūc motum huic rei esse ꝓpriū.

Quoniā aūt est sicut in numero.in tempe accipietur.ad plus temp⁹ oīa eo qō est in tempe. Unde necesse est oīa que sunt in tempe ꝓtineri sub tpe sicut alia q̄cunq; in alio sunt vt q̄ sunt in loco sub loco Et patiam aliq̄d sub tpe sicut ⁊ ꝓsuenim⁹ dicere.qz tabefacit temp⁹ ⁊ senescunt oīa sub tempe.⁊ obliuiscī ꝓpter temp⁹ sed non didicit neq; nouū factum est neq; bonum Corruptōis em̄ causa p se ē tēpus l Numer⁹ etem̄ motus est Motus aūt ē dista re facit quod est Quare manifestum est.qm̄ que semper sunt fm q̄ semp sunt.nō sunt in tempe Neq; em̄ ꝓtinēt sub tempe.neq; mensurat esse eoz sub tempore. Signum autē hmōi qm̄ neq; patiunt nihil a tempore tanq̄ non entia in tempore

¶ In hac secunda ptcula secunde partis ꝑncipalis ostēdit pḧus que accidant rebus ex hoc q̄ sunt in tempore. ⁊ hoc ideo facit.quia per hoc scitur que sint illa entia que ponuntur esse in tempore.⁊ per consequens habetur que sint que nō habent esse in tempore. Ponit ergo philosophus tria que accidūt his que sunt in tempore. Primū est Omne quod est in tempore exceditura tēpore.ꝓbat sic. Omne quod est in numero excedit ab illo duob⁹ extremis.sed hoc quod est in tēpore est in eo sicut in numero.ergo excedit ab eo duobus extremis Maiorē ꝓbat.quia q̄cunq; cōtinentur ab aliquo.exceduntur ab illo.sicut illa que sunt in loco cōtinentur sub loco.ergo omnia que sunt in tempore cōtinentur a tempore seu sub tēpore.⁊ sic exceduntur ab ipso. Secūdū quod accidit his que sunt in tempore est q̄ omne quod est in tempore patitur aliquid a tempore passione corruptiua. Probat sic. Quia ab illo quod tabefacit res existēs in eo ⁊ facit eas senescere ⁊ est causa oblutionis ⁊ nō scientie.ergo res existens in tempore patitur ab eo passione corruptiua. Maior nota. Minorē ꝓbat exōmunt modo loquēdi.quia ꝓsuetimus dicere q̄ tempus tabefacit ⁊ oīa senescunt sub tempore ⁊ q̄ oblutio fit propter tempus. sed non dicimus q̄ aliquis didicit propter temp⁹.nec q̄ aliquod nouum vel bonum factum est propter tempus. Terciū quod accidit reb⁹ que sunt in tempore.est q̄ corrumpuntur in tempore. Tempus em̄ est causa corruptionis per se.hoc est per id cui per se conuenit tempus id ē per motum.sed generatōis causa nō est nisi per id quod conuenit ei per accidens. Et causa huius est.quia tempus est numerus motus.mot⁹ aūt distare facit id quod mouetur fm substantiā in principijs componentib⁹ ipsum. Ex his infert philosophus q̄ manifestū est ex dictis.q̄ ea que semper sunt fm substantiā fm q̄ sunt semper immutabilia non sunt in tempore.etiam licet sint mobilia in tempore sicut corpora celestia.qz non cōtinentur quo ad substantiam sub tempore.neq; esse eoz sub tempore mensuratur. Huius aūt signum est.qz nihil patiūt a tempe sicut ea q̄ sunt in tempe

Quoniam autē tempus mensuratio motus erit ⁊ quietis metrū fm accidens. Omnis em̄ quies in

tempore Non em̃ sicut quod motum est necesse mo ueri.sic ⁊ quod in tempore est Non em̃ motus tem pus est.sed numer⁹ motus In numero aũt motus cõtingit esse ⁊ quiescens. Non em̃ oñe immobile q̃ escit,sed priuatũ motu.aptum aũt natum moueri si cut dictũ est in priorib⁹. Esse aũt in numero est esse quendã numerũ rei ⁊ mensurari esse ipsius numero in quo est Quare si in tempore ⁊ sub tẽpore est Mẽ surabit autẽ tẽpus quod mouetur ⁊ quiescens ſm q̃ hoc quidẽ motũ illud aũt quiescens. Motũ em̃ ipsorũ ⁊ qetẽ mẽsurabit ſm q̃ q̃zta q̃dam

¶ In hac tercia parte p̃ncipali hui⁹ capituli philoſoph⁹ oſtendit quomodo tempus est mẽsura quietis. Et diui⁹ dicitur in duas ꝓticulas. In p̃ma oſtendit q̃ tẽpus est mẽ sura quietis. In secũda declarat qũo est mẽsura quietis. Quantũ ad primũ dicit. Quia dictum est q̃ temp⁹ sit mensura motus oꝑtet ergo q̃ sit mensura etiam quietis ⁊ hoc ſm accidens inq̃ntum priuatio refertur ad habitu⁊ vel mensura priuatõis ad mensurã habitus. oñis em̃ q̃ es est in tempe nec oꝑtet q̃ id quod est in tempe neceſ⁊ sario moueat.sicut id quod est in motu necessario mo⁊ uetur. cuius causam ponit. qz non est tempus mot⁹ sed tempus est numer⁹ motus. Potest aũt aliquid esse in numero mot⁹ quod non est in motu. sufficit em̃ q̃ sit re⁊ latum ad motum. sed quiescens est relatũ ad motũ. quia non dicitur omne immobile quiescere ſm naturã. sed tan tum illud quod est aptũ natum moueri ſm naturã cu⁊ tamen ſm actũ sit motu priuatũ sicut terra lapis ⁊ hu⁊ iusmodi. Deinde declarat philoſoph⁹ q̃ tam illud qđ mouetur q̃ quod quiescit mensuratur tempore. et hoc sic Omne quod est in numero mẽsuratur numero in q̃ est. sed tam illud quod mouet q̃ illud quod quiescit est in tempore sicut in numero. ergo tam illud quod moue tur q̃ illud quod quiescit mensurat tempore Maiorẽ ꝓ bat. qz esse in numero nõ est esse aliquid numeri q̃si sit nu mero essentialiter coniunctũ. sed pot⁹ est mensurari illo numero in quo est. ergo si temp⁹ mensurat id quod mo⁊ uetur oꝑtet q̃ tempus mensurer. etiã id quod quiescit mensurabit. ergo motũ eius quod mouet ⁊ quietẽ eius quod quiescit ſm q̃ q̃ta quedã sunt. quia hoc modo nõ sunt tota simul. sed aliquid abijciũt in p̃teritũ. ⁊ aliqđ ac⁊ quirũt in futurum.

Quare quod mouet non simpliciter erit mensu⁊ rabile sub tempore ſm q̃ q̃ntum aliquid est. sed ſm q̃ motus ipsius q̃ntus. Quare q̃cunq̃ nec mouẽtur neq̃ quiescũt neq̃ sunt in tempore. In tempore em̃ esse est mensurari tempore. Temp⁹ aũt mot⁹ ⁊ qui etis mensuratio est

¶ Hic ꝓbus oſtendit quomõ id quod mouet aut quod quiescit sit in tempore dicens. q̃ id quod mouet est men surabile tempore non simpliciter ſm q̃ est substantia que dam. sed ſm q̃ q̃ntum aliquod est cui⁹ q̃ntitatis nõ om⁊ nes partes sunt simul. ⁊ hoc est ſm q̃ motus eius q̃ntus est q̃ntitate successiua. Ex quo infert ꝓbus q̃ illa q̃ neq̃ mouent ſm naturã neq̃ quiescunt non sunt in tempore. Probat p̃ quẽrsionem per contrapoſitiõem. si em̃ oñe qđ est in tempore mouet aut quiescit. ergo quod neq̃ mo⁊ uetur neq̃ quiescit non est in tempore. Cuius causa est. quia esse in tempe est a tempe mensurari. sed tempus est mensuratio motus ⁊ quietis

Manifestũ igitur quoniã neq̃ quod nõ est om ne in tẽpore erit. vt q̃cunq̃ non contingit aliter sicut diametrũ lateri simetrũ. Omnino em̃ si mensura est temp⁹ motus p̃se aliorũ autẽ ſm accidens Mani festũ est quia quorũ esse mensurat his oñib⁹ inerit esse ⁊ in moueri ⁊ quiescere

¶ In hac quarta parte p̃ncipali ꝓbus oſtẽdit que non en⁊ tia sint in tempore. ⁊ que nõ entia non sint in tempe Et subdiuiditur in duas ꝓticulas In p̃ma oſtendit que nõ entia nõ sunt in tempore. In secũda oſtendit que nõ entia sint in tempore. Quãtum ad p̃mam dicit. Manifestum est ex dictis q̃ non oñe quod non est. est in tempore. sic cut nec oñe quod est. est in tempe. Quod aũt sit hoc nõ ens quod nõ est in tpe manifestat dicens. q̃ non ens qđ semper est non ens. nec cõtingit aliter se habere q̃ nõ esse vt diametrũ esse lateri simetrũ. non est in tempore probat Illud quod nec est in tempore per se nec per accidẽs. non est in tempore. sed semper non ens nec per se nec per acci⁊ dens ẽ in tpe. g̃ sp non ens nõ est in tempore Maiorẽ no ta. Minorem ꝓbat. quia omnib⁹ quibus cõuenit esse in tempore cõuenit moueri si per se sint in tempe. vel quies⁊ cere si per accidens sint in tempe. sed illi quod est semper mouens non cõuenit moueri nec quiescere. g̃ sp nõ ens nec p̃ se nec p̃ accidens est in tempore.

Quecunq̃ quidem igit̃ generabilia ⁊ corruptibi lia sunt. ⁊ omnino que aliquãdo quidẽ sunt. aliquã do aũt non sunt. Necesse est in tempore esse. Est em̃ quoddã tempus plus quod excellit esse ipsorũ et mensurat substantiã Ipsorum aũt que non sunt q̃⁊ cunq̃ continet tempus Alia quidẽ erant vt home⁊ rus aliquãdo Alia vero erũt vt futuro⁊ aliqđ vtra q̃ ꝓtinet Et si ad ãbo vtraq̃ ⁊ erãt ⁊ erunt

¶ In hac secunda ꝓticula oſtendit philoſoph⁹ que nõ entia sint in tempore Et duo facit. Primo quod dictu⁊ est Secũdo reuertit ad oſtendendũ que sint illa non en⁊ tia que nõ mensurant tempe. dicit ergo q̃ntum ad primũ q̃ q̃cunq̃ aliqñ sunt ⁊ aliqñ nõ sunt. illa sunt in tpe. ꝓbat sic. p̃mo Quecunq̃ sunt mota vel mobilia sunt in tpe. sz entia que qñq̃ sunt ⁊ quãdoq̃ non sunt. sunt mota vel mobilia. ergo sunt in tempe. Maior est nota ex p̃dictis. Minor ꝓbatur. qz que aliquãdo sunt ⁊ aliqñ non sunt sunt generabilia ⁊ corruptibilia. sz illa sunt mota vel mo⁊ bilia. ergo que aliquãdo sunt ⁊ aliqñ non sunt. sunt mo⁊ ta vel mobilia que erat minor. Secũdo ꝓbat idẽ sic. Quecunq̃ excellunt a tempore q̃ntum ad esse illa sunt in tempore ⁊ mensurant a tempore q̃ntum ad eorum substã tiam ⁊ q̃ntitatem. sed illa que aliquãdo sunt ⁊ aliquãdo non sunt excellunt a tempore q̃ntum ad eorum esse. ergo sunt ⁊ mensurant in tempore Minorẽ ꝓbat Eorũ que continet tempus vt mensurãs ea. quedã fuerunt. vt ho⁊ merus. aliquãdo erat in p̃terito finito Alia vero erũt in futuro finite. Et si sint aliqua que sunt ambo. id est pre terita ⁊ futura illa ⁊ erãt ⁊ erunt sicut illa que transeunt ali⁊ ue corruptibili substãtia. vt nubes. siue incorruptibili sub stãtia. vt ort⁹ ⁊ occasus stellaꝝ.

Quorum aũt non continet nequaq̃ neq̃ erit ne⁊

qz est neqz erat. Sunt aūt huiusmodi eorū que nō sunt quorūcunqz opposita semp sunt. vt asimetrum esse diametrū semper est. z non erit hoc in tempe. ergo neqz simetrū vnde semp non est. quia contrariū est ei quod semp est. Quorūcunqz aūt nō semper est contrariū Hec aūt z possunt esse z non esse z est generatio z corruptio ipsorum

¶ Hic reuertit philosph⁹ ad ostendendū que non entia non sunt in tempore dicens. q̄ quecunqz sunt non entia non cōtinet tēp⁹ sicut sunt impossibilia illa q̄ nec erāt nec sunt nec erunt Illa aūt que sint manifestat dicens. q̄ sunt de numero eorum quorū opposita semp sunt z sunt nec cessatia. sicut diametrū nō esse assimetrū semp est. z q̄dā modo eternū est quare hoc non erit in tempe. z ideo etiā oppositum eius scz diametrū esse simetrū non erit in tempore. sed semper nō est. Idem declarat de his que nō semper non sunt dicēs. q̄ illa que sunt talia nō entia q̄ opposita eorū aliquādo sunt. z aliquādo nō sunt. illa sunt nō entia que possunt esse in tempe. z illa sunt quorū est generatio z corruptio.

Ipsum aūt nunc ē cōtinuatio temporis vt dictū est prius. Continuat enī tēpus p̄teritum z futurum z omnino termin⁹ temporis est. Est enī huius q̄dez principiū. illius aūt finis. sed hoc non sicut z linea in p̄cto manente manifestū. diuidit aūt potentia Et inquantū q̄dem huiusmodi est semper alterū est. ipsum nunc. Inquantū aūt copulat semp idem est. sicut z in mathematicis lineis. Non enī semp idem punctū intellectu est. Diuidētiū enī semper aliud est Secōm aūt q̄ copulat vnū idemqz penitus est. sic et ipsum nūc aliud quidē tēporis diuisio p̄m potentiā est. Aliud aūt termin⁹ vtrorūqz z vnitio. Est autem idem z p̄m idē diuisio z vnitio esse aūt nō idē. hoc quidē igit sic dicitur ipsorz nunc.

¶ Istud est sextum capitulū in quo ph̄us determinat de tempore per comparatōem ad ea que sunt intrinseca tēpori. Diuiditur aūt in duas partes p̄ncipales Jn p̄ma determinat de nunc quod est magis substātiale tempori q̄z alia Jn secūda determinat de passiōibus q̄rundā aliorz q̄ determinank ipso nunc Prima pars diuidit in duas particulas p̄m q̄ nūc accipitur dupliciter Jn p̄ma particula determinat de ipso nūc proprie accepto p̄m q̄ est numer⁹ eius quod mouet Jn secūda determinat de ipso nūc vulgariter accepto. Quātum ad p̄mam dicit. q̄ nūc prout est numer⁹ mobilis est ꝯtinuatio temporis. ꝯtinuat enī preteritū z futurū sicut genere indiuisibile z vniuersaliter loquēdo. hoc modo ipsum nūc est indiuisibilis terminus ipsius tempis. est enī p̄incipiū huj⁹ scz futuri. z finis preteriti. Unde vult ph̄us q̄ nunc ꝯtinuat z diuidit tēpus. sicut punct⁹ lineā. Sed tamē notat ph̄us differentiā dicens. q̄ ratio qua nūc est diuisiuū nō est adeo manifesta in nūc sicut in puncto manēte z fixo in ꝯtinuo. diuidit aūt potētia. Unde ipsi nunc p hoc q̄ actu est conuenit ꝯtinuare tēpus Per id aūt q̄ est in potētia ꝯuenit ei diuidere. z inq̄ntum est diuidens ipsum est aliud z aliud in tempe propter hoc q̄ partes temporis nō manent Inq̄ntum aūt est ꝯtinuans manet idem in toto tempe. Probat hoc a simili in lineis mathematicis. Jn illis enī nō semp est idem pūctum p̄m intellectum diuidēs lineas sed aliud z aliud p̄m rationē. quia habet rationē finis z rationē p̄incipij. Secōm aūt q̄ copulat p̄tes tanq̄ p̄mūnis termin⁹ eorum. sic penitus vnū z idem est. Sic etiaz ipsum nunc p̄m q̄ est diuisio aliud z aliud est in potētia Sed p̄m q̄ est cōtinuatio tunc est termin⁹ communis vtriusqz scz preteriti z futuri. z est vnitio z copulatio eorum. Est aūt idem in substantia z p̄m idem hoc est. vt indiuisibile in cōtinuo acceptū quod est vnitio z diuisio tempis. sed tamē esse p̄m hec duo nō est idē hoc in mō dicitur nūc p̄mo mō acceptum.

Aliud aūt cum temp⁹ quod est huj⁹ prope sit veniet nunc. quia hodie veniet. venit z nūc. quia hodie venit. Sed in ilion facta nō sunt nunc. neqz diluuium factum est nunc. tamē tempus cōtinuum. sed quia non est prope.

¶ Hec est secunda pticula in qua ph̄us determinat de nunc vulgariter accepto dicēs. q̄ nunc vulgariter seu cōmuniter acceptū dicitur temp⁹ ꝓpinquum p̄senti nunc. sive sit p̄teritū ꝓpinquuz presenti siue futuꝝ. probat ex modo loquēdi vulgari. qz dicimus de sorte q̄ veniet nūc. qz hodie veniet. vel q̄ plato nūc venit. quia hodie venit. Bella aūt que sunt facta in ilion que fuit turris seu arx troie. non dicim⁹ facta esse nunc Hec diluuiū factum tempore deucalionis z pyrre dicim⁹ factum esse nūc. quia licet totū tempus p̄teritū ꝯtinuetur ad presens nūc. tamē temp⁹ bellorū troie vel diluuij non est prope presens nūc.

Ipsum aūt tunc temp⁹ determinatū per pri⁹ nūc est vt tunc destructa est troia z tunc erat diluuium. Oportet enī includi ad ipsum nunc. Erit enī q̄ztuz aliq̄d ab hoc tpe in illud z ad p̄teritū.

¶ Hec est secunda pars p̄ncipalis in qua determinat de significatōib⁹ quorundā aliorū que sunt in tempe que determinank per nūc. Diuidit aūt in duas pticulas. In p̄ma determinat de tūc. Jn secūda de alijs scz iam mō ꝛc. Quātum ad p̄mū duo facit Primo quid significet tūc. Secūdo remouet dubiū. Quo ad p̄mum dicit. q̄ tunc est temp⁹ determinatū ad p̄sens nunc. sic q̄ est temp⁹ distans a p̄senti nunc. z tamē ꝯtinuatum ad p̄sens sicut dicimus tunc destructa est troia. z tunc erat diluuiū. Oportet enī tunc includi ad p̄sens nunc. q̄ Albertus declarat sic. quia cum q̄ritur quādo destructa est troia. dicimus tali die talis mensis. talis anni. qui centesim⁹ vel millesimus est ad p̄sens. Et subdit philosophus. q̄ oportet q̄ titatem temporis quod nominat. tūc. esse notā. z q̄titas eius est a nunc quod est p̄incipiū facti vsq̄ ad nunc ad quod finitur factū. sicut dicim⁹ q̄ bella troie fuerunt tūc. z intelligim⁹ q̄ decem annis durauerūt vel plus vel minus Et sic. tūc. semp dt tēpus determinatū z finitū.

Si vero neqz temp⁹ est quod non sit. tunc. omne erit temp⁹ finitum aut ergo deficietaut non. Si quidem semper est motus Aliud igitur aut idē multotiens. Manifestū quoniā z vtiqz sicut motus sic et temp⁹ est. Si quidē enī vnus z idem sit motus aliquādo erit z tempus vnum z idez. si aūt non. nō erit Quoniam autē ipsum nunc p̄incipiū z finis

est.sed non eiusdem sed ꝑteriti quidem finis princi
pium autē futuri habebit sicut circulus quodā mo/
do ⁊ in eodem ambitū ⁊ planum.sic ⁊ temp⁹ semp
in principio ⁊ fine.Et propter hoc videt semper al/
terum Non eī semper eiusdē ꝓncipium ⁊ finalitas
ipsum nunc.Simul eī ⁊ fm oppositas cēnt.⁊ non
deficiet itaq; semp eī in ꝓncipio est

¶ Hic remouet dubitatōem ortam ex dictis que est.Si
nullum tempus est quod non sit tunc.⁊ determinatū ꝑ
duo nunc modo ꝑdicto. tunc videtur ꝙ oēs partes tē
poris sint finite quod aūt componi ex finitis finitum est
⁊ sic totū tempus est finitū Dubitatur ergo vtrū temp⁹
deficiat aut non.Omne eī finitū deficit cum attingit fi/
nem quo finitū est.⁊ sic videtur tēpus deficere.videtur
etiam non deficere per hoc ꝙ semp est motus cuius tem
pus est numer⁹.Si aūt non deficit temp⁹ non deficiēte
motu.tunc dubitat an sic maneat per successionē ꝙ gene
rato vno aliud sit corruptū.aut ꝙ idem incorruptibile re
iteretur.hanc dubitatōem soluit dupliciter.ꝓmo cōditio
naliter sic. Si semper sit vnus ⁊ idem motus.semp est
vnū ⁊ idem tempus. Et si aliquādo non erit idē motus
tunc tempus nō erit idem. Secūdo soluit absolute et
vult ꝙ temp⁹ sit infinitū.probat sic.quia nunc in tem/
pore non potest accipi quod nō sit ꝓncipium futuri ⁊ fi/
nis ꝑteriti.vnū eī indiuisibile non potest esse principiuz
⁊ finis eiusdē sed diuersoꝝ.hec aūt non sunt opposita re/
spectu diuersoꝝ. sicut eī periferia circuli in eadem linea
indiuisibili fm latitudinē habet ambitū ⁊ planū hoc est
concauū ⁊ conuexū que sunt due forme quodāmodo op
posite.⁊ hoc non est inconueniēs.eo ꝙ vnā habeat ad in
rus.⁊ aliam ad extra Ita non est incōueniens tempus
habere in vno indiuisibili rationē principij ⁊ finis respe
ctu diuersoꝝ.in hoc ergo semp videtur alterum tempus.
quia ipsum nunc nō est finis ⁊ ꝓncipium eiusdē.quia sic
opposita in eodem essent ⁊ fm idem. Patet igit ꝙ nun/
q̄ deficit sicut nec circulus deficit.quia semper est in prin
cipio ⁊ fine.

Ipsum autē iam prope est presenti athamo nunc
pars futuri temporis.vt quando vadit iam. quia
prope est tempus in quo futurū est.⁊ preteriti tem/
poris quod non procul est ab ipso nunc Quādo va
dis.iam iui. Ilion autē destrui iam non dicim⁹ q̄a
procul multum est ab ipso nunc.ipsum aūt modo
prope presenti nunc est pars ꝑteriti. Quando venit
modo si sit temp⁹ proximū presenti nunc Olim au
tem quod procul.repente aūt quod in insensibili tē
pore est propter paruitatem.

¶ Hic determinat significatōes quorūdam aliorum de
terminatorum per nunc. Et primo de significatōne hu/
ius dictionis.iam.dicens ꝙ iam. est tempus propinquū
indiuisibili presenti nunc siue sit ꝑteritū siue futurū.Si
cut dicimus.quādo vades.⁊ respondet iam.quia prope
est tempus in quo futurum est vt eas. Et quādo iuisti
respondetur. iam iui.quia non est procul ab ipso nunc ꝑ/
terito. Ilion autem siue troiam non dicimus iam destru
ctam esse.quia temp⁹ destructōis eius procul est a pre/
senti nunc. Secūdo ponit significatōem modo dicens
ꝙ ipsum mō non est tēpus preteritū qō est prope ꝑsens
nunc.vt cum dicimus quādo venisti.respondet modo
veni.si sit temp⁹ aduentus proximū presenti nunc. De/
inde dicit ꝙ olim est temp⁹ preteritū longinquū a presen
ti nunc.sicut dicimus.ꝙ olim fuit diluuiū. Repente autē
fit quod in se duo habet.videlicet breuitatē temporis in
quo fit ⁊ insensibilitatem temporis cuius quantitas sen
tiri non potest.

Mutatio autē omnis a natura remotiua est.in
tempore aūt omnia fiunt ⁊ corrumpunt. Unde et
alij quidem sapientissimū dicebant pythagoricus
autē paron penitus indisciplinabile.quia omia ob
liuiscunt in hoc recti⁹ dicens.Manifestū igit quo/
niam corruptōis magis erit per se causa q̄ genera/
tionis.sicut dictū est ꝓus. Destructiuū aūt muta
tio per se est generatōis āt ⁊ ipsi⁹ esse fm accidēs.

¶ Istud est septimū capitulū in quo determinat de tē/
pore in comparatōe ad ea quorum ipsum est causa. Et
diuiditur in duas partes In ꝓma facit quod dictū est In
secunda ostendit vnū quod supposuit.scz ꝙ omnis mo/
tus ⁊ omnis mutatio mensurent tempore. Quātum ad
primū vult probare ꝙ tempus sit magis causa corrupti/
onis q̄ generatōis.sed prius q̄ prolet recitat duas con/
trarias opiniones circa hoc.Dicit ergo.Omnis muta/
tio in eo ꝙ numerat a tempore est remotiua ⁊ abijcit ali
quid a natura eius quod mutat.⁊ sic omnia que fiunt et
corrumpunt.fiunt ⁊ corrumpunt in tempore Et propter
hoc quidam antiquoꝝ dixerunt tempus sapientissimuz
eo ꝙ qui processerunt in tēpore multa sunt experti Py/
thagoricus aūt paron dixit tempus penit⁹ esse indisci/
plinabile.quia in tempore homines magis obliuiscuntur
q̄ addiscant Et in hoc rectius dixit q̄ alij. Et sic patet
autoritate paronis.ꝙ temp⁹ est magis causa corruptio/
nis q̄ generatōis. Et hoc probat philosophus ratiōe
⁊ signo Ratione sic Tempus est per se causa corruptio
nis.⁊ per accidens causa generatōis.ergo est magis cau/
sa corruptōis q̄ generatōis Antecedēs probat.quia mu
tatio dicitur per se causa corruptōis.eo ꝙ abijcit aliquid
a substātia patientis.sed hoc non facit mutatio nisi quia
est materia numeri.qui numer⁹ est temp⁹.hoc est prius
⁊ posterius in mutatōe sunt causantia corruptōem Sed
ꝙ tempus sit causa per accidēs generatiōis patet.qz mu/
tatio est causa per accidēs generationis.ergo ⁊ tempus.
Probatur antecedēs.quia mutatio est causa generatōis
per formam generantis ⁊ actū generātis que forma ⁊ q̄
actus non sunt in patiente fm ꝙ patiens nisi in potētia
sed sunt extra a generante Et hoc est idē quod alij dicunt
ꝙ motus est per accidens causa generatiōis.quia ꝙ ali/
quid acquiritur per motum non est ratione motus in q̄/
tum huiusmodi.sed inquantum est instrumentū mouen
tis propter finem.ideo corruptio magis attribuitur mo
tui q̄ generatio.⁊ per consequens tempori generatio et
esse magis attribuunt generanti.

Signū aūt sufficiens qua fit q̄dē nihil nisi mo/
ueat ipm q̄dāmodo ⁊ agat Corrūpunt aūt cū nihil
moueat Et hāc maxime solem⁹ dicere sub tpe corru
ptōem Atuero neq; hāc tps facit.sz accidit i tpe fieri
⁊ hāc mutatōem Q̄ q̄dē igit tempus est ⁊ quid est.

etquot modis dr ipm nūc. t quid mō. quid iaz. qd olim. t qd repente dictū est

Hic pbat idē a signo dicēs. q signuz huius est q nihil fit aut generat nisi moueatur ab aliquo sibi ꝓuenienti. ita q aliquid agat in ipm quod tū est extra ipsuz. Sed ipm qđ corrūpitur corrūpitur a ꝓtrarijs agentib in ipm. etiaz cū nihil oino mouet ab extrinseco Cū em res sic deficit ex seipa hoc maxime vocamus corruptiōem que est sub tēpore. tale em antiquat t senescit sub tēpore. t ex hoc ꝓpe interitū est. Verū tamen (inquit pbus) hanc corrupti onem nō facit tempus supple per se. sed accidit hāc fieri in tēpore. ꝓter mutatiōnem cui per se ꝓiungitur tēpus. Et subdit Albertus. q differēter accidit generatio. qz gnatio accidit per illud qđ p̄accidens se habet ad tēpus. sez p ac tum generantis. vt pus dictū est. Et per hoc soluit argu mentū qđ fieri posset. Finaliter epilogando dr. q dictum est q tēpus est t quid est. t quot modis dr ipm nūc. t qd mō t qd iam t qd olim. t qd repente

His aūt nobis sic exterminatis manifestum est q omnē mutatiōem t oīe qđ mouetur necesse est mo ueri in tēpore. Velocius em t tardius dicim fm om nē mutatiōem. in oīb em sic videt. Dico aūt veloci us moueri prius transmutās in subiectū fm idē spa cium. t qđ fm regulare motū mouetur. vt in loci mu tatione. si vtraq fm circulatiōem mouētur. aut vtra qz fm rectū. sil'iter aūt t in aliis

Hic pbat pbus duab rōnib qđ suppositū. sez q om nis motus aut mutatio sit in tempore premittit intentū dicens. Manifestū est ex his iam a nobis sic determina tis. q necesse est omnē mutatiōem t motum esse in tēpore Quo premisso ponitur pma rō ista. In oīi mutatōe est velocius t tardius. sed velocius t tardius sunt in tēpore ergo oīis mutatio t motus est in tēpore Maioz nota. qz velocius t tardius sunt ꝓprietates mutatōnis seu motus Minorē probat. qz illud dicimus velocius qđ pus trās mutatur in id qđ subijcitur vel intendit acq̄situm esse in motu fm idē t equale spaciuz t per motū regularē. id est vniuocū t ꝓparabilē. videlz si vtrūq mobile moueat fm circulatiōem. aut vtrūq fm rectū. Silit er dēm est de cō paratione aliox motuū

Atuero prius in tēpore est Prius em t posterius dicimus fm q ad ipm nūc distantiā Ipsum aūt nūc terminus ꝓteriti t futuri est. Quare quoniā ipsa nūc in tēpore sunt t pus t posterius in tempore erūt. In quo em est ipm t ipsius nūc distantia. Contrario au tem prius dr t fm preteritū tempus t futurū. In ꝓte rito qdem em prius dicimus qđ longius est ab ipo nūc. posterius aūt qđ ꝓpe est. In futuro aūt prius q dem quod ꝓpinquus est ipsi nūc. posterius aūt t qđ procul. Quare qm prius in tempore. t ad omnē au tem motū seq̄t pr Manifestū est q ois mutatio t motus oīis in tempore est

Hic ponit secūdā rationem quaz in fine textus huius sic infert. Oīe pus t posterius est in tempore. sed omnē motum t mutatiōem sequitur pus t posterius. ergo om nis motus t oīis mutatio est in tpe. Maiorem probat pbus. q pus t posterius defiūtur tpe t sunt in tempore sicut partes in toto. definimus em pus t posterius fm dī stantiā ad psens nūc. qđ est terminus ꝓteriti t ꝓncipiū fu turi. sed nūc est in tēpore. g t pus t posterius. in eodē em est distātia t idiuisibilis finis eius. cuiusmodi est nūc ipi us ꝓteriti t futuri. Deinde declarat quō determinantur pus t posterius ad nūc dicēs. q ꝓtrario mō pus t posteri us dicūtur terminari ad ipm nūc fm ꝓteritū t futurū. in ꝓterito em dicimus pus qđ longe distat ab ipo nūc. De hoc exemplificat Albert. Sicut diluuiū dicimus fuisse pus q̄ bella troie. t platonē pus floruisse q̄ Aristotelem Posterius aūt in ꝓterito qđ ꝓpinqui est ipi nūc. sicut bel la troie fuisse post diluuiū. t Aristotelē floruisse post pla tonē. In futuro vero dicim pus qđ est ꝓpinq̄us ipi nūc sicut dicimus crastinū ortū solis pus fore q̄ meridiē cras tinū. Posterius aūt in futuro dicimus qđ a ꝓsenti nūc ē remotius. Minorē relinq̄t notā. qz in oīi motu est pri us t posterius. qz in motu locali causantur ex remotōe si rus ipius mobilis. t in alijs ex remotōne mobilis fm for mā que est in ꝓtinuo fieri.

Dignū aūt ꝓsideratōne est. t qūo se hz tempus ad aiam. t ꝓpter quid in oīi videtur esse tēpus. t in terra. t in mari. t in celo

¶ Istud est octauū capm. in q pbs determinat de tpe p ꝓpatōem ad ea qb causat. soluēdo quasdā dubitatiōes Et diuidit in duas ptes ꝓncipales. In ꝓma mouet du as dubitatiōes de entitate tpis. In scda dubitatiōm vnā de ei vnitate. In ꝓma duo facit. ꝓmo mouit dubitatiōes Scdo eas soluit. Quātū ad ꝓmū dr. Dignū est ꝓsidera re qūo se habeat tps ad aiaz. sez vtrū tps sit ab aia vel pos sit esse sine ea. t hec est ꝓma. Scda est ꝓpter qđ tps videt cē in oīi re. dr em cē in celo mari t in terra

Aut qz mot est passio qdā vel habit nūer eri siens. hec aūt mobilia oīa. in loco em sunt oīia. Tē pus aūt t mot simul sunt t fm poñaz t fm actū

Hic pbs soluit illas dubitatiōes. t ꝓmo scdam. eo q sit naturaliox q̄ ꝓma. Soluit g scdam assignādo cām. qz mot est actu vel poña in oīb i celo mari t in terra. g t tps est in oīb. Ex his ꝓbat. qz hec oīia sunt mobilia. eo q sint oīa in loco. q q̄rit ꝓter motuz. Qñam ꝓbat. qz exq̄ tps est habitual nūer mot. oz q in oīb i qb est mot sit etiā tē pus. st em simul tps t mot fm actū t potentiā.

Utrū aūt cuz non sit anima erit vbiq temp an non dubitabit vtiq aliquis. Impossibile em cuz sit numerante esse aliquid. Quare manifestum. qz neq numerus. numer em aut qđ numeratur est. aut nu merabile. Si aūt nihil aliud aptū natum est q̄ ani ma numerare. t anime intellect. impossibile est tem pus esse anima si non sit. Sed aūt hoc quod vtcūq ens est tempus. vt si ꝓtingit motū esse sine anima. p us aūt t posterius in motu sunt. temp aūt hec sunt fm q numerabilia sunt.

Hic philosophus reuertitur ad ꝓmam dubitatiōem resumendo eam dicens. Aliquis potest dubitare vtz nō existente aīa tēpus sit aut non Et arguit primo q non existente anima non sit tempus. Et hoc sic. si impossibi le est esse animā impossibile est esse numerantem aliquem

Et si impossibile est esse numerante ipossibile est ee aliqđ nūerabile fm actū nūeratū existens. z si impossibile est esse numerabile fm actū. ipossibile est esse aliquē nūez. et si impossibile est esse nūez. impossibile est ee tps. g̃ de pmo ad vltimū. si impossibile est esse aiam ipossibile est esse tēpus Primā ꝓñtiam ꝓbat. qz nihil aptū natuz est nūerare nisi aīa. z nō oīs. sed intellectiua. qđ Alber. dr patere ꝑ ꝯ q alia aīalia sui quātitatem vel pullor suoz quātitatez non deꝑhendūt ꝑ nūez. Scđam ꝓñam ꝓbat pb̄us. qz nūer nō est nisi duplex. scz nūerus numerās. z nūerabile seu numerus nūeratus Scđo arguit q nō existēte aīa possit esse tēpus. ꝑ qđ argumētū dr Aristo. dubitatōem soluere dicēs. q tps sine aīa est quodcūqz ens. id est tempus sine anima est in potentia. sed actualē ꝓfectōem accipit ab aīa numerāte. z g̃ nō est nihil sine aīa. qz si non essz aliquo mō extra aiam. tūc essz fictū sicut chimera. Qđ ꝓbat pb̄s sic arguendo. si ꝓtingit motū esse in quo sunt ꝑus z posteri us. ꝓtingit z tēpus esse sine aīa. sed ꝓtingit motū esse sine aīa. g̃ z tēpus. Datorē ꝓbat. qz ꝑus z posteins in motu fm q hec sunt nūerabilia sunt tēpus. g̃ tēpus est vtcunqz ens sine aīa. hoc est in potentia. Et hāc expositiōem dicit Alber⁹ esse Auerrois. sed qđ veritatis habeat circa qstio nē posterius mouendā explicabitur.

Dubitabit aūt vtiqz aliquis. z qualis mot⁹ tēp⁹ numerus sit aut cuius liber. Et nāqz fit in tpe z ;aug/mentatur z alterat in tpe z fertur. Scđm igit q motus est sic. est vniuscuiusqz mot⁹ nūerus. Ūn motus simp!r est ꝓtinui. sed nō cuiusdam

In hac scđa ꝓte ꝓncipali mouet terciā dubitatiōem q est de tpis vnitate. Et diuidit in tres particulas In ꝑma arguit ad ꝓtes questionis mote. In scđa soluit. In tercia ostendit vnū qđ suppositū. Quātū ad ꝑmā monēdo q̄sti stionē dr. Dubitare ꝑt aliqs qualis z cuius motus tēp⁹ sit nūerus. vtrū sit nūerus cuiuslibet motus aut non. Et arguit ad affirmatiuā ꝓtē q sit cuiuslibet motus nūerus. hoc mō. Oīs mot⁹ est in tpe. ergo tēpus est nūerus cuiuslibet motus. Añs ꝓbat inductiue. qz qđ fit aut generatur fit z generatur in tpe. siliter qđ augmentat augmentatur in tpe. z qđ alterat. z qđ fm locū mouet. mouet in tempore. g̃ tēpus est vliter nūerus ꝓtinui motus equaliter et nō cuiusdā ꝑmo z alioz et ꝓsequenti

Sed z nūc moueri vnum z aliud quoz vtriusqz motus erit numerus. alteꝛ z altrꝛ igit tempus. z simul duo tpa equalia erūt aut nō: Oīa nāqz tēpus vnū siliter z simul est. specie aūt z qđ nō simul Si eīm et hi sunt canes. illi vero equi. vtriqz aūt septē idem numerus est. sic eīm z motuū simul terminoz idē tē pus est. Sed hic velor fortassis. alius vero nō. alı⁹ q̄dem locimutatio est. hic aūt alteratio. Tempus tī idem est sicut z numerus equalis sit z simul alterati onis z locimutationis. z ꝓpter hoc mot⁹ q̄dē alteri sunt z seoꝛsuz sunt. tēpus aūt vbiqz idē. qz z nūerus vn⁹ z idē vbiqz est. qui est equaliū z simul

Hic pb̄us arguit ad ptē negatiuā dubitatōnis. scz q tēpus nō sit nūerus cuiuslibet motus. z hoc sic si tēp⁹ essz numerus cuiuslibet motus. sequeret q esset possible plura tēpora equalia esse simul. sed hoc est impossibile. ergo illđ ex quo sequtur. Datorē aut sequelā ꝓbat. ꝓtingit vnum mobile moueri vno motu. z aliud alio diuerso. z vtriusq tps est nūerus. z sic erit vnū tēpus mensurās vni⁹ motum. z aliud qđ mensurat motū alterius. z sic erūt duo tē pora equalia. Dinorez scz q hoc sit impossibile ꝓbat sic Sicut se hz nūerus ad nūerabilia equalia. ita se hz tēp⁹ ad motus equales. sed nūerabiliū equaliū nūero z etiam specie diuersoz est vn⁹ z idē nūerus. g̃ motuū equalium erit idē tps. Dinorē ꝓbat. qz idē est nūerus septē canū z septē equoz. relinqtur ergo ꝓbatū. q diuersi mot⁹ simul terminati sunt vntus tēporis. nō obstante q vnus sit vel lox alius tardus. vnus loci mutatio. alius alteratio. quare q̄dam motus alteri z alteri sunt tēpus tamen idē vbiqz z apud oīes idem est.

Quoniā aūt loci mutatio z hui⁹ z circularis. numeratur aūt vnūquodqz vno quodaz proximo. vt vnitates vnitate. equi vero equo. sic z tēpus tempore quodā finito Mensurat aūt sicut diximus tempus qz motu z motus tēpore. hoc aūt est. qz determinato motu z tēpore mensurat motus. qz quātitas temporis. Si igit qđ est ꝑmū mensura omniū proximorum circulatio que regularis mēsurat maxime qz numerus huius notissimus est. Alteratio q̄dem igitur neqz augmētatio nō sunt regulares. loci autem mutatio est

Hic in scđa particula pb̄us soluit dubitatōem ꝑmittendo tm tres suppōnes. Quaz ꝑma est. ꝑm⁹ motus est loci mutatio. nō oīs sed circularis. qui est maxime regularis. Scđa. vnūqđqz mēsurat ꝓximo. i. minimo sui gēis vt vnitates vnitate. equi equo. z sic mensurat tps tpe q̄dam finito. z sic mensurat vnūqđqz mēsura vniuoca. Tercia suppositio. mensuratur aliqđ mensura nō vniuoca. vt tempus motu. z hoc accidētal'r. vel motus tpe. z hoc essentialiter. Et huius cā est. qz motus z tps mensurātur sub determinato motu. qui est simplicioz omnib⁹. Quib⁹ prēmissis soluit dubitatōem. z vult q primus mot⁹ est mensura vniuoca omniū alioz motuū. Tempus aūt est essentialis mensura. licet nō vniuoca ꝑmi motus ꝑmi mobilis. Primū probat sic. ille motus est alioꝛuz mensura q̄ est simplicissimus z regularis z notissimus. sed solus ꝑmus motus est hmōi. g̃ ipe est mensura omniū alioz motuuz. Datoꝛ est nōta ꝑ scđam suppōem. Dinorē ꝓbat indu ctiue. qz alteratio nō est regularis neqz augmentatio neqz generatio neqz ois locimutatio. g̃ solus circularis.

Unde z sphere motus videt tps esse. qz hoc mensurant. alij motus z tēpus hoc motu. ꝓpter hoc autē et ꝓsuetū dici accidit. Dicūt eīm circulum esse humanas res z aliorum motum habentiū naturalem z generatōem z corꝛuptōem. Hoc aūt est qz oīa hoc tpe iudicant z accipiūt finē z ꝓncipiū. sicut si fm circulatōem sit. Et tps eīm ipm videtur circulus q̄dā Hoc aūt iterū videt ob hoc q huius loco mutatōis mensura est. z mensurat ipm ab hmōi Quare dicere esse rerū que fiūt circulū. dicere est tēporis esse quēdā circulū. hoc aūt est qz mensurant circulatōne. Extra eīm metz nihil aliud videt esse q̄z qđ mensuratur. sed aut multa metra totum.

Hic ph̄s ꝓbat secūdū.sez ꝙ tempus est mesura intrinseca primi motus.z alioꝝ isoluz extrinseca ꝑmo autoritate antiquoꝝ quib⁹ videbatur tēpus esse motū ꝓme sphere ꝑter hoc ꝙ motus ille. sphere ꝑme mensurat alios mot⁹ et hoc etiā motu mensurat tēpus. Scōo ꝓbat hoc autoritate omniū dicens.ꝙ ꝑter hoc apud vulgares ꝓsueuit dici ꝙ humane res sint sicut circulus z rota fortune. Et similiter omniū alioꝝ motuz habentiū naturalē z generationē z corruptōem.ōz esse circul⁹ periodalis. eo ꝙ omniū hoꝝ fortuna iudicat tpe.z accipiūt finē z p̄ncipiū sue fortune in tpe.quasi tēpus dicatur ꝑm quādā circulatōez instabilē. Et tēpus ōr hac de causa circulus .qz causatur a circulatōne circuli.hoc aūt videt fieri ob hoc ꝙ tēpus est mensura talis circulatōnis z loci mutatōnis.z econuerso mensurant tēpora tali loci mutatōe. Ygit nihil aliud est dicere rerū que generant esse quēdaz circulū q̄ dicere tēpus esse quēdā circulū. hoc aūt ideo est.qz tempus mensurat a quadā circulatōe.z tēpus qō mēsurat hoc modo nihil videtur esse extra mensurā.qz ipm essentialr metrū z mēsura quedā est.z totū tēp⁹ est multa metra z multe mēsure ad diuersa mensurata ꝓparatū.

Dicitur aūt recte ꝙ nūerus q̄dem idē est z ouium et canū.si equalis vtriqz sit. Decē aūt nō idez .neqz decem eadē sunt. Sicut em̄ triangulus idez qui est eq̄laterus z gradatus.z tm̄ eadē figura est.qz vtraqz trianguli sunt. Idē aūt ōr a quo nō differt differentia. sed nō a quo differt. vt triangulus a trigulo differt differētia. Alteri q̄dem em̄ trianguli ab inuicē sunt a figura aūt nō. Sed in eadē diuisione z vna z vna figura em̄ hec q̄dē talis circulus.alia vero hmōi trigulus.hmōi aūt alia q̄dem eq̄latrū.alia vero gradatum. Figura q̄dē igit eadē z hec trigulus em̄ est Triangul⁹ autē nō idē est.et numerus iam siliter. Non em̄ differt a nūero drīntia numerus hoꝝ.decem autez nō idē est. In q̄bo em̄ ōr differūt Hec q̄dem em̄ canes alia vero equi. Et ꝛ tpe quidem ipo z ꝛ circa ipsum ꝓprijs hac intentione dictū est

In hac tercia particula hui⁹ scōe ptis p̄ncipalis ꝓbat ph̄s vnum qō supponunt in argumento probante nō esse plura tēpora.sed vnū tēpus omniū tēporaliū. dicēs. Rectissime ōr ꝙ numerus idē est nō multiplicatus decē canū. et decē boum.si vtraqz sit equalis.puta denarius numerus.sed numerata nō sunt eadē. Probat sic.qz idē ōr aliquid illi a quo non differt differentia.z nō idē alicui ōr aliquid qō differt ab eo differentia.sed numerus canū z numerus boum si sint equales numeri.puta denarius vterqz zc.nō differūt differentia.ergo sunt idē numerus Dat ioꝛ probat a simili.qz trianguli equilaterus z gradat⁹ nō sunt idē triangulus.sed differūt differentia diuidente trigulū.diuiditur em̄ triangulus in isopleurū.qui est laterum equaliū.z isochelē qui nō habet latera equalia. tm̄ hi duo sunt eadē figura.qz nō exeūt a figura p̄ imediatam z essentialē diuisionē figure. Quādo em̄ figura diuiditur p̄ essentiales z imediatas differentias.puta per trilaterum et quadrilaterū.z sic de aliis.tūc ambo trianguli cadunt sub vno mēbro diuisionis. Est em̄ p̄ma diuisio figure figuraꝝ.alia huius est circulus.alia huius est triangulus. alia huius quadratus zc. Et tūc vlterius diuidit triangulus.qz alius est isopleurus.alius isocheles Ygit figura eadē est.nō aūt idē triangulus Minoꝛ probat.qz aliquoraz numerus formalis nō differt a numero formali alioꝝ p̄ differentiā numeratoꝝ.qz numeratū nō est de ēentia numeri.sed potius par z impar.z hmōi faciūt differre nūeꝝ formalē a nūero formali.qz iste sunt drīntie essentiales numeri.decē igit numerata nō eadē sunt rerum diuersaꝝ.z tm̄ denarius est idē.sicut nō sunt eadē canes z equi. Et subdit ph̄s.ꝙ oino eodē mō se habz de tpe ꝓparato ad diuersos motus ꝙ tēpus est in vno motu sicut forma in subiecto.in alijs aūt sicut nūerus extrinsecus applicat⁹ rebus numeratis. Epilogādo ōr De tpe q̄dē igit z ꝓprietatibus que sunt circa ipm hac intentōe dictū est.

¶ Utrū ꝛne sit inuestigata a ph̄o. tpis ꝛdefinitio

Et arguit ꝙ nō.qz nō entis nō est definitio.sed tēpus est non ens.ergo non habet definitōnem. Minoꝛ ꝓbat.q ph̄s in textu.qz illud nō est cuius partes nō sunt. sz partes tpis nō sunt.q̄ tps nō est. Minoꝛ ꝓbat.qz ꝑteritum tranſijt.z futurū nōdū aduenit. Scōo sic. Si tempus esset.vel esset ens finitū vel infinitū.neutrum potest dici.ergo tēpus nō est. Minoꝛ probatur.nō finitū.qz est duratio perrodalis motus eterni z infiniti. Nō scōm sz infinitum.qz est vnū p̄ ꝓtinuitatē.vel duo per discretōnem.sed vtroqz modo finitur. ꝓmo ad vnitatē termini ꝓmunis secūdo ad binariū dualitatis. Tercio sic.quod fit hoc nō est.sed tēpus est mensura fieri.q̄ z tēpus non est. Nec ꝑt dici ꝙ sic p̄ nūc.eo ꝙ nūc nec est tēpus.nec pars tēporis

Quarto sic.tempus nō est passio physica .ergo incōuenienter in naturali phīa est definita. Ans ꝓbat.qz est mēsura creatōis totius mūdi cuius esse nō fit p̄ trāsmutōem phȳsicā.sed emanatōem metaphysicā Quinto sic. vna spēs nō hz definire p̄ aliā ei oppositā.sed tēpus z numer⁹ sunt spēs quātitatis diuerse z oppposite.ergo tēpus qō est ꝓtinuū nō ꝛne definit p̄ numeꝝ q̄ est spēs discretorum

Sexto sic.si tēpus esset numerus.vel esset nūer⁹ numerans.vel nūerus nūerat⁹.nō p̄mū.qz ille est q̄ntitas discreta.tps aūt est q̄ntitas ꝓtinua. Nō etiā nūer⁹ nūerat⁹. qz ōr ph̄s ꝙ tps nec est velox nec tardū.eo ꝙ illa nō ꝓueniunt nūero quo nūeram⁹.z sic videt velle in textu.ꝙ sit numer⁹ nūerans. Cōfirmat.qz ipo tpe q̄si q̄dā mēsura ptes ipi⁹ mot⁹ nūerant.sed rō mēsure est rō formalis act⁹ respectu mēsurati g̃ saltē tps est nūerus nūerans formal'r. et p̄ ꝓsequens quo nūeram⁹.sicut in sili scōo de aīa ōr. ꝙ aīa est p̄ncipiū quo viuim⁹.ex hoc ꝙ est actus formalis viuē di Septimo sic.tēpus est ipemet mot⁹.g̃ nō est nūerus ipius. Ans ꝓbat.qz tps est fluxꝰ ipius nūc de prioꝛi in posterius.sed ille fluxus est motus successiu⁹.qz dies est tempus.z est latio solis super nostrū hemisperiū.ergo cum latio sit motus.dies est motus. z per ꝓsequēs temp⁹ est motus Octauo sic.tempus est etiam mensura quietis.er non solū mot⁹ Ans̄ cedēs est ph̄i in textu hui⁹ tractat⁹.z in sexto phȳsicoꝝ Nono sic.mobile mensuramus tēpore et tamen non est motus Decimo sic. Tempus est actu continuū z est potentialiter discretū.ergo male loco differentie vltime definitōnis ponūtur differentie numeri z discretionis.que sunt ꝑus z posterius.ꝓmia ꝓbat. qz vnūqō q̄ est in actu p̄ suā dīnam vltimā.z p̄ ons deberet dici Tps est nūerus ꝓoris z posterioris ipsius motus ꝑm ꝙ est ꝓtinuus.ita ꝙ discretio ponatur loco generis. z ꝓtinuitas loco dīne specifice. In oppositū est ph̄s in textu Pro rūsione ponit ꝓmi discursus illa

Maior. Tempus nō est circulatio aut celestis sphera. sicut dixit antiquorum sententia Minor. Quāuis etiā tempus nō sit motus ipe. sine tm̄ motu tempus nunq̄ habet esse Conclusio. Est igitur tēpus aliquid ipsius motus. cuius dfinitōem inuestigare habet naturalis phūs.

¶ Prima ꝓpō pz in textu. vbi recitate fuerūt antiquorum opiniones de natura tpis. Quoꝝ q̄daz dixerūt ipm tempꝰ esse motū diurnū. q̄ est ꝑme sphere motus. q̄ etiaz vocatur motus totius vniuersi. et in hac sententia fuit plato. Et dr Albertꝰ q hoc dictū fuit sufficiēterꝰ cōsiderātū ad ea q̄ dixerūt antiq̄ de tpe. Reprobat autē hec opinio. qz si esset motꝰ diurnꝰ tempꝰ. tūc esset tpa circulatio circuli. sicut cōcesserūt z dixerūt. sed hoc nō ꝓt esse. qz nō q̄libet ps circulatōnis est circulatio. sed q̄libet pars tpis est tempꝰ. ḡ tēpus nō est circulatio Preterea. si tempꝰ esset circulatio celi. tūc si plures eēnt celi. sicut dixerūt illi q̄ posuerūt plures mūdos. tūc oporteret etiā esse plures circulatōnes. ḡ plura essent tpa. qz tempꝰ essz motus cuiuslibet eoꝝ. z sic essent simul simul plura tpa. qđ est inc̄ueniens. Sz dicere. hoc suppositū est impossibile. z ḡ eo posito nihil p̄hibet accidere impossibile Solo ad hoc est. q rō illa deducit ad inc̄ueniēs ꝑm sententiā aduersarij q̄ tenet q tēpus est motus circuli. ḡ multiplicato subiecto ꝓprio multiplicat eius accīs. motus aūt est tale accidēs qđ est imediate in mobili. Sed illo posito tūc tempꝰ nō multiplicatur si ponat nō esse ipse motus. qz tempꝰ nō est tale accīs qđ p se sit in mobili. vt mobile est. qz tūc tēpus esset ante motum. sed est in mobili p motū vt numerus motus existēs et ideo si duo vel tres essent eque ꝑmi motus nō multiplicaret ꝓpter hoc tēpꝰ. qz nec numerꝰ multiplicaret. Q̄ ār sit impossibile esse plura tpa simul ꝓbat Albr. qz si eēnt duo vel plura tpa simul seqūret infinita tpa esse simul. Probat sequelā. qz si sint plura tpe simul illa nō sunt simul nisi in tpe. hoc aūt tp̄s in quo dicūtur esse simul nō est aliqđ ipsoꝝ duoꝝ tēpoꝝ q̄ ponūtur simul esse. ḡ erit iam terciū tp̄s. z illa tria tpa essent simul in quarto tpe. z sic in infinitū Sed ꝓtra rōnem reꝓbantē motiuū huiꝰ opinionis. possz q̄s dicere circulatōis q̄libet pars est motꝰ. sz q̄libet ps motꝰ ē motꝰ. ḡ q̄libet ps circulatōis est circulatio

Dōm est. q peccat argumentū penes fallaciam ꝑtis qz circulatio nō dr absolute motū. sed motū determinatū. Vlex tm̄ est q tempꝰ ꝓt dici circulare ad sensum in textu exp̄ssum. ¶ Alia vero fuit opinio antiquoꝝ dicentiū tēpꝰ esse ꝑmā sphērā sic arguentes. Zn ꝑa sphera sunt oia. z in tpe suut oīa. ḡ tp̄s est ꝑma sphera. Vlm̄ dr ph̄s. q stultius est dicere ꝑmā sphērā esse tp̄s. q de hoc aliqua ipossibilia ꝓsiderent ꝓ q̄ impossibilis esse dicat ista opinio Et argumentū ipoꝝ ꝓcedit ex puris affirmatiuis in scōa figura. z equocat illa ꝓpō in notās ꝓtinentiā. ꝓtinet em̄ prima sphera vt locꝰ. z tēpus vt nūerꝰ. Etiā falsum assumit qz nō oia sunt in tpe. nec sunt etiā oia in ꝓma sphera.

¶ Scōa ꝓpō pz quo ad ꝑmā ptē ꝓ duas rōnes in textu positas. Quaꝝ ꝑma est. Oīs motꝰ est in aliquo determinato loco sic q nō in alio. sz tēpꝰ nō est in aliquo determinato loco sic q nō sit in alio. eo q tp̄s ē in oi loco. ē em̄ idē apud oēs. Nō tm̄ intelligit ph̄s q motꝰ sit in loco seu in vbi. sed intelligit q oīs motꝰ est in mobili. qđ est in vbi seu loco. Sed ꝓtra. sicut motꝰ est subiectiue in mobili ita tp̄s in motu q̄ est in mobili. ḡ sicut motꝰ est in vno sic q nō in alio ita z tp̄s Solo. tp̄s est vbiq̄ sicut nūerꝰ z mēsura oīm trāsmutabiliū. z nō sicut in subieto Motus aūt nec est sicut in subiecto. nec sicut mēsura in mēsurato.

Sz ꝑ. ꝑmꝰ motꝰ est in oib⁹ trāsmutabilib⁹ sic̄ mensura in mēsurato. est em̄ suba oīm motuū. ḡ solo falsa Dōm ad hoc. q tp̄s est nomē mēsure z nō motꝰ. sed motꝰ ꝓcat actū mobilis inc̄ptū mobile. z qz mensura nō multiplicat ad multiplicatōez mēsuratoꝝ. ideo ꝓcedit de tpe q est idē omniū trāsmutabiliū. qz illud qđ multiplicat in tpe nō est motꝰ. sed de motu nō ꝓcedit. qz motꝰ ꝑncipaliꝰ importat habitudinē ad mobile. Ad ꝓbatiōem cū dr. q motꝰ ꝑmꝰ est mēsura omniū alioꝝ motuū. dōm est. q motꝰ ꝑmꝰ nō est mēsura motuū. sz tp̄s est ꝑma mēsura. qz ꝑmꝰ motus nō mensurat alios nisi rōne tpis. Scdo ꝓbat alia rōne. Dis motꝰ est velox vel tardꝰ. sed tp̄s nō est velox nec tardū. ḡ. Minor ꝓbat. qz velox z tardū definiūtur p tēpus qz velox est qđ ptranst magnū spaciū in breui tpe Et tardū est qđ ptranst puū spaciū in magno tpe. qz ḡ velox et tardū definūt p tp̄s. z tp̄s nō definitur p tp̄s. ḡ zc. Preterea. quoꝝ differentie sunt diuerse illa nō sunt idē. sed tpis et motus dr̄tie sunt diuerse. ḡ tp̄s z motus nō sunt idē Minor ꝓbat. qz dr̄ie tpis sunt cito subito paululū q̄ nō sunt dr̄tie motꝰ. Scda ps ꝓbatur. qz nō ꝓcipiētes motū nō ꝓcipiūt tp̄s. dr em̄ ph̄us q q̄n nō mutamur ꝑm intelligentiā aut aiam aut latet nos si transmutemur. tunc nō videtur nobis fieri tēpus. Vñ Albertus dr nos trāsmutari ꝑm aiam trāsmutatōe qua nos transmutamur in esse p tēpus. Notat autez tres modos q̄b⁹ mouemur ꝑm aiam. Primꝰ est quo mouemur motu imaginatōis. z ille cū sit simplex nō habens ꝑtes z posterius non eo percipimus tēpus. licet aliqui hoc male dixerint. Secundus est quādo p aliquē motū aie. puta imaginatōis vel intelligentie ꝓcipimus aliquē de motib⁹ exterioꝝib⁹. z hoc mō iterū nō percipimus directe tp̄s. sed sic ꝓcipimꝰ motuz in rōne motus ꝓter hoc q mensuremus ipm per tēpus ꝑm ꝑius et posterius. Tercius modꝰ est quo ꝓcipimus motū. eoq percipimꝰ nosipsos transmutari. z tūc necessario ꝓcipimꝰ tp̄s in eo q nos imaginamur vel sentimus ꝑm intelligētiā venire a ꝑriori in posterius. z hoc solo modo verus est q cū nihil mutamur ꝑm intelligentiaz nostram. aut latet nos q tūc etiā nō percipimus tēpus. Sicut ꝓbat hoc signo de his qui fabulose dicūtur dormiuisse in rodo insula per multos annos qui non perceperint tēpus copulantes nūc ꝑius quo ceperūt dormire cū nūc posteriori quo euigilauerūt z remouerūt tēpus intermediū ꝓpter motus insensibilitatē. Idem dicit Albertus accidere his qui sunt constituti in maxima delectatōne. sicut homines dediti in contemplatione existentes non percipiūt tempꝰ Patet ergo ex his q tempus non est sine motu ¶ Conclusio quo ad primā partē patz. Quia quecūq̄ simul percipiūtur sunt idē. aut vnū est aliquid alterius. sed tp̄s et motꝰ simul percipiūtur. ergo vel tēpus est idē qđ motus vel aliqđ eius. sed nō est idē. ergo est aliqđ motꝰ Et qz tēpus nō est pars motꝰ nec̄ substātialis nec subiectiua. nec̄ integralis. habēs tm̄ necāriā habitudinē ad ipm relinq̄tur q ē accīs ꝓprium seu passio ꝓsequēs ꝑmuz motū. Alia tm̄ rōne dr passio ꝑmi motꝰ. z alia rōne mēsura eius. passio em̄ dr inc̄ptū est fluens ex ꝑncipijs eius Et mēsura eiꝰ est inc̄ptū est exēplar eternitatis. sicut posteriꝰ latiꝰ habebitur. Et ꝑ hoc patz etiaz scōa pars ꝓclusionis. qz tp̄s est mensura duratōis ꝓtense de potentia in actū. qualis duratio ꝓpetit ipi esse mobili ꝑm q hmōi. z ꝓsequens ipi esse phȳsico z naturali

Maior/Quecadmodū motꝰ ꝓtinuitatē hꝫ ab eo sup qđ fit spacio.ita ⁊ tempus ab ipo quē ꝓsequitur motu. Minor.Discernitur tamen motus in suis partibꝫ.denoiatiue dicte ſm ꝑus et posterius.per numerū qui dr tēpus. Conclusio. Igitur tene his p̄missis infert phus.qꝺ tēpus est numerus motus ſm prius ⁊ posterius.

¶ Prima ꝓpō pz in textu.qꝛ oīe qđ mouet in spacio necessario venit de quodā in quoddā ipius spacij ſm vbi et situs renouatōem.sed illud est magnitudo ꝓtinua.opꝛz em̄ motum esse ꝓtinuū ex hoc ꝙ ipe est renouatio loci ꝓtinui. Vel potius inqt Albertꝰ ex hoc est ꝓtinuꝰ ꝙ ipse est vbi fluens ꝓtinue.⁊ ideo ꝓtinuitas motꝰ localis est a ꝓtinuitate spacij in quo est motꝰ. Cōtinuitas aūt alioꝝ motuū est a fluxu ꝓtinuo illius siue in illo in quo est motꝰ ille sicut quātitatis vel qualitatis.Cū em̄ motus sit exitꝰ de potentia ad actū.⁊ ꝓtinue in potentia ⁊ actu existēs.manifestū est ꝙ illa potentia q̄ sic exit ad actum diuisibilis est in medio.⁊ in medietate medij.⁊ in illꝰ medietate.ꝓstat autem id qđ est ꝑ se diuisibile esse quātū.ergo ꝓstat motum esse quātū. Et sic pz ꝙ motus in genere acceptus ꝓtinuitatē nō hꝫ a spacio. Et q̄b infert Albertꝰ.ꝙ motus localis ꝓtinuitatē habet a duobꝫ.quoꝝ vnū est ꝓximū.⁊ est fluxus ſm vbi nō interruptus. Alterū vero est primū nō ꝓximū.qđ est ꝓtinuitas spacij. Et qꝛ tēpus semp cōsequitur motū.ideo tempꝰ habet ꝓtinuitatē a motu eo mō quo hꝫ motus eā a spacio. Sed ꝓtra.motꝰ celi nō fit in spacio magnitudinis localis.⁊ tū ille ꝓmo est tēporalis. Ad hoc dōm est.ꝙ exquo celū mouetur in spacio sue creatōis qđ implet ꝑ magnitudinē suaz.iccirco sua magnitudo est simul magnitudo mobilis ⁊ spacij. Secus est in alijs que mouentur extra se de loco ad locū. Nam in illis magnitudo spacij differt a magnitudine mobilis.modo illa coincidentia ⁊ indifferentia nō prohibet quin motus accipiat cōtinuitatem.⁊ prius ⁊ posterius a tali magnitudine ſm ꝙ est localiter ⁊ situaliter extensa. Sed diceres.tempꝰ est ꝑ se ꝓtinuū.ergo nō ꝑ motū Añcedēs est pbi in p̄dicamētis Dōm est ꝙ duplex est ꝓtinuitas.scz intrinseca ⁊ formalis.⁊ illā nō hꝫ tempꝰ a motu.sed a nūc. Alia est extrinseca ⁊ materialis ſm materiā in qua ⁊ illā habet a motu. Erꝺma q̄dē ꝓtinuitas motui nō ꝙuenit.eo ꝙ motus est fluxus forme de potentia ad actū cui extrinsece aduenit extensio ſm partes ꝓris ⁊ posterioris per extensionem magnitudinis.sicut ergo motus ꝓtinuitatē habet a magnitudine.ita tēpus a motu hꝫ eam.⁊ hoc efficiēter ⁊ materialiter ¶ Scda ꝓpō pz.qꝛ sicut motus a magnitudine accipit ꝓtinuitatē.ita ⁊ diuisibilitatē. Si em̄ ꝓsideraverimus spacū loci vt diuisibile. tunc inuenimus ꝓus ⁊ posterius q̄tum ad naturā prioris ⁊ posterioris ꝓmū in loco.inuenimus em̄ ꝙ vna pars est ante.⁊ alia est post illam ſm ꝙ positiōe determinātur ⁊ distinguūtur ptes magnitudinis. Et qꝛ sic est in magnitudine ꝓtinua ꝓmuz et vltimū.necesse est etiā in motu esse ꝓus ⁊ posterius proportionabiliter hīs q̄ sunt in spacio. Et sicut partes magnitudinis dupl̄r cōsiderant.Vno mō ꝑut stant sub forma ꝓtinue magnitudinis nō habentes ꝑ tanto distinctionem.nec vt sic numerāt magnitudinē Et alio° ꝓsiderant ꝓout stant sub forma prioris ⁊ posterioris existentes ꝑ tanto in genere cuiusdam numeri.eo ꝙ prius ⁊ posterius sunt nomina numeralia.ideo vt sic sunt distincte partes ⁊ discrete numerātes ipam magnitudinē.Ita similiter cōstat motū cadere in duplici genere.qꝛ em̄ motus est exitꝰ ꝓtinuꝰ de potentia ad actū nō interruptus in spacio ꝓtinuo.necesse est ꝙ sit in genere ꝓtinui.qꝛ vero aliqua pars motꝰ est prior que est in eo qđ ꝑus est in spacio.⁊ aliqua posterior que est in eo qđ posterius est in spacio. ideo motus necessario etiam habet ꝑus ⁊ posterius. Que duplicit ꝓsiderari possunt sicut partes in magnitudine. Si em̄ ꝓsiderentur partes motꝰ ꝓut sunt sub forma ꝓtinui motus nō habebūt differentiā nec distinctiōnem.⁊ sunt in genere ꝓtinui. Si vero ꝓsiderentur ꝓut stant sub forma ꝑioris ⁊ posterioris.tūc vtraq̄ est ab alio distincta.⁊ cadit super eas forma numeri.quare denominate sunt ſm prius et posterius.que sunt nomina numeralia. Et quēadmodum nō intelligitur pars linee seu alterius magnitudinis distincta a parte alia nisi ⁊ illa ⁊ alia intelligantur esse inter duo p̄cta terminate inter que est linea partialis. eo ꝙ ꝑior et posterior pars nō distinguūtur i spacio nisi per duo et duo p̄cta abinuicē distiguātur Sic simili modo oportet ꝙ vtraq̄ pars motus accipiatur terminata duobꝫ indiuisibilibꝫ motus que a quibusdam vocantur momenta inter que indiuisibilia duo est prior pars motus.inter alia aūt duo est posterior pars motus.⁊ sic habetur ꝙ motus diuiditur in partes que sunt denominate ſm prius ⁊ posterius. Secūda pars probatur.qꝛ tempus est passio motus.⁊ est in tēpore ꝑus ⁊ etiā posterius.ergo denoiat partes motus. Et ergo motus ⁊ tēpus habent se ꝙuertibiliter ad esse.semper em̄ alterū sequitur alterum.licet differenter.qꝛ tempus sequitur motū ſm naturam.⁊ motꝰ sequitur tempꝰ sicut res numerata suū numerū. Differūt etiā ꝑus ⁊ posterius in motu ⁊ in tēpore.qꝛ ꝑus aut posterius in motu est id qđ cū aliquā do est tūc motus est.qꝛ motus est in eo qđ fit.fit aūt in fluxu qui est ꝓtinuꝰ er ꝑori in posterius.⁊ sic accepte sunt partes continui motus. et ꝓtinue.tamen esse eorum ſm stant sub forma ꝓrioris ⁊ posterioris nō est esse motus.quia sic sunt discreta stantia sub forma numeri.ſm ꝙ numerus est in forma nominuz ordinalium ⁊ numeralium que sunt prius ⁊ posterius.sicut primum ⁊ secūdum. Sed prius ⁊ posterius in tempore est forma numeri adherens priori ⁊ posteriori in motu. hec ergo forma adherens partibꝫ motus ⁊ denominās ipas ſm ꝑus ⁊ posterius est verissima natura temporis ſm sapientiores peripateticos inqt Alber. ¶ Conclo parz.qꝛ ad definiendā passionē req̄ritur cognitio subiecti ſm ꝙ includit causam passionis.qꝛ per ipsum subiectum habet definiri.vt dicitur septimo metaphysice. Quando em̄ cognoscūtur prius ⁊ posterius in motu modo quo dictū est cognoscik ⁊ tps. ꝙueniēter ḡilla sunt a pho p̄missa. Vnde quando cognoscūtur prius ⁊ posterius in motu modo quo dictum est.tunc cognoscimus ⁊ tempus.cum em̄ definimus ⁊ determinamus partes motꝰ inter suos fines qui sunt momenta.distinguentes prius ⁊ posterius tūc percipimus tempꝰ.qꝛ quādo in nostra pceptōne pcipimꝰ sensum vel experimentū ꝑioris ⁊ posterioris in motu.tūc pcipimus numez in rebꝫ nūeratis. Determinamꝰ em̄ sic tēpus ꝓportionabiliter in accipiendo aliud ⁊ aliud nūc.⁊ tūc percipimus etiā aliqđ intermediū.qđ est tēpus in quo etiā distinguim° ꝑus ⁊ posterius ꝑ quartuoz nūc in ipo accepta.q̄ em̄ intelligimus extrema illius intermedij distincta per nūc qđ fit aliud ⁊ aliud per respectū ad illa extrema.ita ꝙ aīa dr hoc nūc esse duo. hoc q̄dem ꝑus illud vero posterius.tunc verissime dicimus esse tempus

Qñ vero ꝓcipimus tm̄ vnū nūc. siue illud accipiatur vt stans. siue vt fluens. z accipiaſ nō diuisum sicut ꝑus z posterius in motu. hoc est. qñ accipitur vt stans. aut accipiatur illud nūc vt idē ꝑoris z posterioris alicuius. z hoc est qñ accipitur vt idem fluens nō diuisum. tūc nullū videſ fieri tēpus. qz etiā motus nō videtur fieri. qz sic est īdiuisibile cuius transitus nō ꝓcipitur. ideo nō diuidiſ ꝑ partes. Qz aūt bona sit hec definitio tꝑis patz ex dictis. qz numerus motus poniſ ꝓ genere in illa definitōe. nō autem numer⁹ abstractus. qui est de genere discretoꝝ. Sed est tēpus numerus ꝓcretus partib⁹ potentialib⁹ ipi⁹ motus. quas hz penes successiuaz diuisiones spacij vel forme fluentis ꝑm q hmōi. Est g̃ tēps numerus. id est mensura motus. supple extensi successiue ꝑm ꝑus z posteri⁹ actualiter ꝓtinuata ꝑ nūc. licet potentialr distincta. qđ nūc ꝓtinuāns ꝑus z posterius est substātia tꝑis. Esse vero tꝑis est fluxus ꝓtinu⁹ successionarius ipius nūc. nō em̄ est ꝑmanens. de quo intelligitur illud. qđ fit nō est. qz esse permanētis est in facto esse. sed esse successiui est in ꝓtinuo fieri. qđ est obscure esse z vix esse. vt ꝺr pḥs in textu Ex quo etiā pz. q tēpus nō ꝺr formalr esse ꝑ nūc instans. sed causaliter. qūo ꝺr Boetius q nūc fluens causat tēpus. Addit aūt finalr in definitōe. ꝑm ꝑus z posterius. qz tēp⁹ (vt dictū ē) adiacet motui ꝑm q extendit extra se. quo mō mensuraſ eius esse distensum ꝑ ꝑus z posterius. eo q nō simul decurrit ad oēs ꝑtes magnitudinis. ergo adiacet motui sub rōne numeri numerantis formaliter ꝑus z posterius in motu.

Ad rationes Ante oppositū factas. Ad primā ꝺm. q illud non est cuius partes nullo modo sunt nec in ꝑmanentia. nec in successione. iaz partes tꝑis sunt in successione ꝓtinua in ipo nūc fluente z copulāte. Unde duplicia sunt entia. quedā stanentia ꝑmanentia. z illa sunt q̃ hꝫ oēs partes simul. sicut domus hō ⁊c. Alia sunt entia successiua. z illa sunt que hꝫ partes succedentes sibi. z copulātur ad vnuz terminū ꝓmunē. q ꝓtinuat eas Esse ꝑmanentiū est ꝑfectū et in facto esse. sed successiuoꝝ esse nunq̃ est ꝑfectuz nec in facto esse. sed ꝓsistit in fieri. eo q semp est ꝑmixtū potentie. et sic cū sunt in fieri hꝫ esse eoꝝ Ex quo pz. q tempus est. qz ꝑmus motus est. ergo tēpus. Tenet ꝓntia. qz posito subiecto necessario ponitur eius passio. z qz motus ei⁹ subiectū nō hz esse ꝑmanens. ergo nec tēpus. sed soluz esse successiuum. Et q Aristoteles in textu illas duas rōnes nō soluit. hoc est ꝓpter solutōis eaꝝ facilitatē. Etiā in tercio capᵒ sufficiēter elicit eaꝝ solo tam dicta ex textu.

Sed diceres. domus. hō etiā nō sunt ꝑmanentia. eo q sunt coꝛruptibilia Solo est ad hoc. qz nō ꝺr aliqđ ens ꝑmanens qz semp maneat in suo esse. sed ideo qz omnes eius partes simul manent q̃diu res ipa esse hꝫ. Ad secam ꝺm est. q ex parte sui subiecti qđ est motus circulariter infinitus tēpus est infinitū. z ꝑm essentiam. z ꝓtiā spēm est finitū. finitur em̄ ꝑ formā discretōis z ꝓtinuitatiſ Est ergo finitū tempus ꝑm essentiā z infinitū ꝑm esse qđ hz in subiecto Ad terciā ꝺm est sicut dictuz est in declaratōe definitōis tꝑis. q non est vt ens ꝑmanēs cuius eē totū siſ. est de quo intelligit auctoritas. qđ fit nō est. attamen qđ fit est in fieri z in fluxu successiuo. z hoc est obscure z vix esse. z sic tēpus est vtcūq̃ ens. vt ꝺr pḥus. Et qđ ꝺr de nūc. etiā pz in eadē declaratōe. qz tempus ꝺr formaliter esse ꝑ instans seu ꝑ nūc. sed causaliter. quēadmoduz Boetius ꝺr. nūc fluens causat tempus. Ad quartam ꝺm est. q creatio est in instanti. ideo ꝓprie nō est tēporalis. sed in ꝓncipio tꝑis post qđ ꝓtinue succedit rē tēporis. ex quo celū post instans sue creatōis cū mundo mouebat ꝓtinue Ad q̃ntam dictū est etiā in declaratōe definitionis. qz nō definiſ tēpus ꝑ numerū. vt abstractus. z de genere discretoꝝ. sed ꝑ numeꝝ mot⁹ q̃ nō est de genere discretoꝝ. eo q partes eius stant actu sub forma ꝓtinuitatis quo mō partes motus ꝓcurrūt in esse indiscreto ipi⁹ mobilis. Ad sextā cū sua ꝓfirmatōne ꝺm est q tempus est nūerus numerans formaliter partes motus. Est tamē effectiue numeratus a partibus motus cuius est passio qūo oīs passio efficienter causatur a subiecto suo. et ꝑm actū sue noticie sic causaſ ab aīa que nō ꝓcipit tempus nisi cū extenderit se imaginabiliter ad discretiōes ꝑoris z posterioris. Et hoc illi intendūt q̃ tempus dicūt dependere ab aīa. hz tñ tempus ꝓprium ꝓplementuz ꝓprie q̃ditatis ꝓter aiam. eo q sua quiditas est forma duratōnis rei successiue ꝑ ꝑus z posterius potentialiter discrete. Unū fit q sicut motus est actus potentie ꝑmixtus z nō ꝑfectus. ita pariformiter tēpus est numerus nō pure potentialis z pariuus qualis est in partib⁹ magnitudinis potentialiter habentib⁹. Nec oīno ꝑfectus. sicut quātitas discreta. sed intermedius inter numeꝝ potentialē z actualē. vꝫputa qui est in actu ꝑmixto potentie. ¶ Notandū est ꝑm Albertuz ꝑ meliozi intellectu. q duplex est numerus. scz formalis. scz quo numeramus. quē sicut formaz ponimus circa res numeratas. sicut sunt spēs numeroꝝ. que sunt vnus duo tres. Alius est numerus materialis qui est res numerata ꝑm actū. vel numerabilis ꝑm potentiā. Tempus autē est numerus quasi medius inter istos. est em̄ numerus in vnitatū collectōe nō simplr. sed cuiusdā. qz in genere partiū mot⁹. z quo ad hoc est sicut numerus numerat⁹. Qz aūt aūt vltra applicaſ motui sicut forma materie. est sicut numerus formalis z numerans. Sed diceres. quare tūc magis ponit tēpus numerus rōne scōi. q̃ numeratū rōne ꝑmi Ad hoc rñdet Albertus. q rōne numerati determinate nō hz tēpus q ponitur in genere. tū sit sibi accidentale. sed ab eo q est numerans motuz poniſ in genere. et est sibi substātiale. cū ergo definitio deberet dari ꝑ substātialia rei. ideo ꝺr tēpus numerus z nō numeratū Huius dat exemplū de vlna. qđ ꝺr multū ꝓueniens. licz em̄ vlna sit res mensurata inq̃tuz est quātitatē hꝫens. tñ inq̃tū est res mensurata non definiſ. qz hoc accidit ei inq̃tum est vlna. sed definit⁹ ab eo q est mensura numerās omnem quātitatē. qz hoc est ei substātiale. Uñ posq̃ Albert⁹ ad longū declarauit definitiōem tꝑis ex antiquoꝝ dictis. vt habeſ capᵒ sexto huius tractatus. in ꝓmento suo ꝓcludit dicens. Est tgiſ tēpus numerus partiū ꝓtinui exitus indiuisi simplr. z diuisi ꝑm q̃d. z ideo melius definiſ ꝑ discretū q̃ ꝑ ꝓtinuū. Habz tñ adhuc aliam sue ꝓtinuitatis causam ꝑm q generaſ ex fluxu ipius nūc. qđ est indiuisibile. de quo erit ꝺm in q̃stione sequenti. Ad septimā dicendū est. q fluxus nūc est tēpus. nō tū est fluxus ille tꝑis motus. nō em̄ oīs fluxus est motus. sed fluxꝰ q̃ est act⁹ imꝑfect⁹ mobilis ꝑm q hmōi. sed est tēpus potius fluxus successiu⁹ motui coextensus. ꝓpter qđ tēpus magis ꝓprie diceret ꝓfluxꝰ quasi fluens cū motu. q̃ fluxꝰ. Ad cōfirmatōem ꝺm est. q illa est ꝑdicatio causalis. est em̄ sensus. dies est latio solis tc̄. id est dies causaſ ex latōne solis sup nostrū hemispriū Ad octauā ꝺm. q tēpus est mēsura q̃tis inq̃tum est ꝑ uatio motus. vt pz a pḥo in loco allegato Ad nonā ꝺm ē. q mobile ꝑt dupliciter ꝓsiderari

scz ꝼm substantiã suã z ꝼm esse mobilis.ꝓmo mõ mesuꝛ rat nunc non tpe.eo ꝙ ei⁹ esse substantiale ꝓsistit in idiui sibili.sed qõ detet tpe mẽsurari oꝑtet hatere succession̄ sed scõo mõ.qz vt sic hz successionẽ.iõ ꝙ tunc mẽsurat tpe

¶ Istud est quartū capl̄m in quo ꝑs determinat de ipo nunc. Et diuidit in duas ꝓtes. In ꝑma determinat de nūc in ordine ad tēpus. In secūda determinat de ipo per cōparatiōem ad motū. In ꝑma ꝓte tria facit. Primo oñdit nūc esse in q̄libz tpe. Scōo oñdit ipm esse idem in oī tpe. Tercio ꝓbat ipm esse indiuisibile. Quātū ad ꝑmuz dr. q̄ nūc nō ſm alterū. sed ꝑse. ꝛ ꝑncipaliter nūc dictum necesse est esse indiuisibile. et idē in oī tpe. Qz aūt sit in oī tpe. ꝓbat sic. qz in oī tpe ꝓterito est aliquod vltimū. ita q̄ nulla ꝑs sit ꝓteriti. ꝛ oꝑtet accipe aliq̄d futuri. quod non sit ꝑs futuri. et illō erit ꝙmunis terminꝰ vtriusq̄ ꝓtinuans vtrūq̄. qz in ꝓterito nihil est futuri tāq̄ ꝑs futuri. ꝛ in futuro nihil est ꝓteriti tanq̄ ꝑs ꝓteriti. sed vtrūq̄ terminaf ad ipm. Vñ subdit. q̄ si demōstref q̄ nūc hmōi ē terminꝰ ꝑ se. ꝛ q̄ sit idē ſm seipm. cuius rōne differat. tūc sil'cū ꝫ erit manifestū. q̄ ipm est indiuisibile.

Necesse est igit̄ idem esse ipm nūc quod vtriusq̄ tēporib⁹ vltimū est. si em̄ alterꝝ est. ꝙsequenter nō erit alterꝝ alteri ꝓpter id qđ nō. est ꝓtinuū ex imptibilibus. si aūt seorsum est vtrūq̄ interest tēpus. Qđ em̄ ꝓtinuū huius est. quare erit vniuocū mediū terminorū. Atuero si tēpus mediū est diuisibile erit. Qđ em̄ tēpus oñsum est. qz diuisibile sit. Quare diuisibile est ipm nunc.

¶ Hic ꝓbat. q̄ idem est nunc qđ ē in oī tempe dicēs. Ne cesse est idē ee nūc ipm qđ ē vtriusq̄ ꝑtis terminꝰ. ꝓbat Si dicaf nūc nō esse idē in oī tpe. sed alterꝝ ꝛ alterꝝ. Vl' g̃ illa eēnt mediata vl' immediata Nō immediata. qz tūc sequef q̄ ꝓtinuū sit ꝙpositū ex indiuisibilib⁹. sz ꝫ est impossibile vt ꝓbatū fuit. Nec mediata. qz vl' inter ea mediaret nūc vel tēpus. eo q̄ oē ꝓtinuū talis est nature q̄ est inter extrema que sunt de genere suo sicut linea inter duo puncta. et sicut superficies inter lineas Non nunc. quia nunc non possunt esse consequenter. Etiaz nō mediat tēpus. ꝓbat

quia tūc seqrek q nūc esset diuisibile. seqla ꝓbat. qz inter ptēritū z futurū nihil mediat nisi nunc. si g mediaret tps tale esset ipm nūc. z cū tēpus sit diuisibile. ipm nunc esset diuisibile. qđ est impossibile. g nūc ꝑt esse alterū z alterum nūc in tempe. sed ē idē nūc in toto z oīi tpe.

Si aūt diuisibile est ipm nūc erit aliqđ quod factū est in futuro. z futuri in eo qđ factū est. Scđm q em diuidek hoc exterminat ptēritū z futurū tēpus Simul aūt nō ꝑ se erit h nūc sed fm alterū. Diuisio em nō fm ipm est. Adhuc aūt ipius nūc h qđem factū erit. illud aūt futurū z nō semp idē factus est z futurū. Neq itaq ipm nūc idē est simul. Multipliciter em diuisibile est tēpus. Quare si h impossibile ē ineesse ipi nūc. necesse est idē ei quod in vtroq nūc est Atuero si idē est manifestū q et indiuisibile. Si em diuisibile iterū ꝓtingent eadē q ꝑus. Q qđem igit sit aliqđ in tpe idiuisibile. qđ dicim⁹ eē ipm nūc. manifestū est ex his q dicta sunt

¶ Hic ostendit. q nūc sit indiuisibile. z hoc ē tuor rōnibus. Prima Si nūc esset diuisibile. tūc aliqua ps ptēriti esset in futuro. et aliq ps futuri esset in ptērito. sed h ē impossibile. Seqla ꝓbat Nūc est aliqđ ptēriti. qz finis. z aliqđ futuri. qz ꝓncipiū. sed qcqđ est diuisibile in tpe. est ps tēporis. Minor ꝓbat. qz tunc seqrek. q id quod est factū et ptērijt. adhuc sit futurū z in poña. et illud qđ est futurū et in poña. sit ptēritū z in actu. Scđa ratio. Si nūc ē diuisibile. tūc seqrek q ipm nō esset nūc fm se. sed fm alterū quod ē ꝓra suꝓpositū. seqla ꝓbat. qz penes hoc dr nūc fm se z fm alterū. et g nūc fm alterū nō ē diuisio vni⁹ tpis ab alio. Tercia rō. Si nūc esset diuisibile. seqrek q illud qđ est. essz compositū ex nō entib⁹. quod est impossibile. Seqlaz ꝓbat. qz ē aliqđ ptēriti quod nō est. et ē aliqđ futuri. quod etiā nō est. sed ipm nūc est. eo q nihil habemus de tpe nisi nūc. g cū ipm sit. erit compositū ex his que nō sunt. Quarta rō. Si nūc nō esset indiuisibile. seq retur q continuās ptes tēporis nō esset idem. et sic tempus nō esset continuū. quia continui partes copulant ad idem. si g est idē. neče est ipm etiā esse indiuisibile.

Q aūt nihil in ipo nūc mouek ex his mānifestū ē Si nāq est ꝓtingit et velocius moueri in ipo nunc et tardius Sit igit ipm nūc in q̄ n moueat aūt velocius in ipo p a b. ergo tardius in ipo ꝑ minorē q̄ sit a b. mouebit vt ꝑ a g. Q aūt tardi⁹ in toto ipo nūc mouebat p a g. velociꝰ in minori q̄ h mouebit Quare nō diuidit ipm nūc. sz erat indiuisibile. Nō ergo est moueri ipo nūc

¶ In hac secūda parte determinat de ꝓpatione nūc ad motū. Et duo facit. Primo oñdit q nihil cōtingit moueri in nūc. Scđo q nihil cōtingit qescere in nūc. Quantū ad primū dr. q ex dictis manifestū est q nihil ꝑt moueri in nūc. Probat. Si in nūc posset aliqđ moueri. seqrek nūc esse diuisibile z ꝓpositū ex longiore z breuiore tpe. sed h ē impossibile. g illud ex q̄ seq̄tur. Minor fuit ꝓbata in ꝑcedentib⁹. Maiorē z seqlam ꝓbat. qz si dek aliqđ moueri in nūc. tūc iuxta ꝑs dicta poterit dari aliqđ quod in ipso velocius moueret. et aliquid qđ tardi⁹ moueret. Sigvek g nūc in q̄ dr aliqđ moueri. z sit n. z moueatur mobile velocius in ipo nūc. p totū spaciū a b. tūc tardius mouebit in eodem nūc p partem illius spacij totius. z signek illa pars p a g. cū g tardum transit illā ꝑtem in nūc. velocius transibit adhuc in minori tpe q̄ sit nūc. g nūc ꝓpositū est ex longiori z breuiori tpe.

Atuero neq qescere. qescere em dixim⁹ aptū natū moueri qđ nō mouek qn aptū natū est z quo et sic. Quare q̄nia in ipo nūc nihil aptū natū est moueri. Manifestū etiā qz neq qescere Amplius si idē qdem nūc in vtrisq tpibus est. ꝓtingit aūt hoc qdem moueri. aliud aūt qescere totū. Quod aūt mouek in tē pore toto. in q̄libet mouebit hui⁹ fm q aptū natū ē moueri. z qescens silr qescit. ꝓtingit idem silr qescere. et moueri. Idē em vltimū tempoz vtrozūq ipsum nūc. Amplius aūt qescere qdem dicim⁹ qđ silr se habet et ipm z ptes z nūc z ꝑs. in ipo aūt nūc nō ē prius. q̄re neq qescere. Necesse est ergo z moueri quod mouek in tpe qescere qescens.

¶ Hic ostendit. q nihil cōtingit qescere in nūc tribus rōnibus. Prima est Nihil potest moueri in nūc. g nihil potest qescere in nūc. Ans ꝓbatū est. ꝓnam ꝓbat q definitiōem qetis seu qescere. quia quiescere dr quod aptū natū ē moueri z nō mouek qn et sicut aptū natū est moueri. Scđa Si aliqđ moueret z qesceret in nūc. tūc seqrek q vnum z idem mobile simr moueret z qesceret. sed h est impossibile. g impossibile est q aliquid quiescat in nūc. Seqlaz ꝓbat. qz contingit aliquod mobile moueri in toto tēpore ptērito. z quiescere in toto futuro. sed est idē nūc illius preteriti in q̄ mouek cū futuro in q̄ qescit. et sic si natū ē in nūc moueri vl quiescere. tam simr mouek z qescit in eodē nūc. Tercia ratio. Illud dicim⁹ quiescere quod silr se habet in toto. z in ptibus. z nūc. z ꝑus. sed in ipo nūc nō est ꝑus. g nec qescere Ex q̄ ꝓcludit q necesse ē q oē qđ mouetur. moueat in tpe. z qđ quiescit. qescat in tpe.

Utz ꝓtinuū ex indiuisibilib⁹ ꝓponi sit impossibile. Et videk q nō sit impossibile. qz linea ꝓponit ex pūctis. sed pūcta sunt indiuisibilia. g Maior est ꝓbi in ꝓposterioz. vbi dr q suba linee ex his ē. scz ex punctis. opposū

Secūdo sic. Unūquodq ꝓpositū est vnitū ex actu z poña. sz linea integrak ex ptib⁹ diuisibilib⁹ potētialiter et ex puncto terminante actualiter. et cōstat q ptes linee nō sunt nisi q̄dam q̄ntitatiue distensiōes pūcti intrinsece originātis. z suo fluxu ꝓtinuo substātificātis lineā. g videk ipa cōponi ex pūcto origināte. z puncto termināte. q ambo sunt indiuisibilia. Tercio sic. Sic se hnt vnitates ad numerū. ita pūcta se hnt ad lineā. sz nūerus ꝓponit ex vnitatib⁹. g linea ex pūctis Maior ꝑz. qz vtrūq ē ꝓncipiū indiuisibile cōtinuatis. Minor ꝑz ex definitōe nūeri. Quarto sic. Si ꝓtinuū nō posset cōponi ex indiuisibilib⁹. h iō eēt q indiuisibilia nō sunt cōtinua. contigua nec ꝓxima se hntia. sz h est falsum. g falsū est q nō cōponak cōtinuū ex indiuisibilib⁹. Maior est ꝓbi in textu. qz ptes in ꝓtinuo sunt cōtinue. z p ꝓns cōtigue z cōsequntes. cū illa sequank ad esse cōtinuū. vt dr in textu Minor ꝓbat q ad ꝓmā pte. qz vnitas. entitas. z bonitas vniunk ꝓtinue in quolibz subali esse. Scđa ꝑs minoris ꝓbat. qz vnitates in nūero subordinate snnt cōtigue. z similiter duo extrema alia pūcta duaꝝ linearū adinuicē applicataꝝ sunt contigua. Tercia ꝑs ꝓbat. qz inter duo pūcta nihil mediat eiusdē gēris

ergo sunt ꝓñter se habẽtia. tenet ꝓña ꝑ locũ a definitõne añs ꝓbak. qz licet inter ea mediet linea. tñ cũ sit diuisibil' nõ est eiusdẽ gñis cũ pũctꝫ indiuisibilib⁹. Quĩto. Tẽpus est ꝯtinuũ ꝓpositũ ex nũc. q̃ ex indiuisibilib⁹. Añs ꝑ bak. qz nihil habem⁹ de tpe. nisi nũc. Sexto sic. Linea superficies. tẽpus. rẽ. sunt spẽs q̃titatis cõtinue. sed oĩs spẽs est vna ꝑ indiuisibilem dñam. q̃ spẽs q̃titatis constituunt ꝑ indiuisibilia. Maior ẽ phĩ in pdicamẽtꝫ Minor ꝓbak. qz ꝑ eandẽ dñam spẽs est ens z vnũ. sed vnuz dicit indiuisionẽ q̃ z entitas. eo q ens z vnũ cõuertunt.

¶ Jn oppositũ arguit auctoritate phĩ in textu. Prd rñsione ponitur.

Maior Continuũ est cuꝰ vltima sunt vnũ. aut quod est diuisibile in semper diuisibilia. Minor Ex hac vtraqz ꝺfinitione ꝯtinui. repugnat sibi ex indiuisibilib⁹ ꝓponi Conclusio. Jgit nõ ꝑt ꝯtinuũ cõponi ex indiuisibilib⁹. sic egregie ꝺmonstrat Aristotelis ꝓcessus.

¶ Prima ꝓpõ patz. qz cõtinuũ est dupl'r definibile. scilz definitione formali z materiali. Definitõe formali sic definit in pdicamẽtis Continuũ est cuius partes copulant ad aliquẽ terminũ ꝯmunẽ. Aut sic ℏ. Continua dicunt q̃z vltima sunt vnũ. qz ptes cõtinui copulant ad vnũ terminũ ꝯmunẽ. z sic patz q̃ he due sunt vna definitio cõtinui ꝛtualiter. Vñ cõueniẽter ꝺr formal' q̃libet illaz. qz datur ꝑ ꝓncipiũ formale ꝯtinuatiuũ. qđ est vnitas seu vnũ. Sed definitõe materiali sic definit ℏ. Continuũ est qđ ẽ diuisibile in semp diuisibilia. z ꝺr material'. qz dat ꝑ ptes integrales. q̃ materialiter z potestatiue ꝯtinẽt in ꝯtinuo

¶ Scda ꝓpõ ptz. qz ꝼm ꝓmã definitionẽ oporteret q vltima indiuisibiliũ eẽnt vnũ. aut q copularent ad vnũ. sed indiuisibile nõ hz vltimũ. Patz etiã ex scda definitõe qz vnũquodq̃ resoluit in ea ex q̃bus est cõpositũ. sed idiuisibile sp resoluit in diuisibilia. vt ꝺr definitio. q̃ ex ℏ patz q nõ est cõpositũ ex indiuisibilib⁹. ¶ Conclusio sequit ex p̃missis.

Maior. Magnitudo. motus. z tẽpus. sunt ꝓportionabiliter ꝯtinua. sil'r finita z infinita. Minor. Si magnitudo ꝯposita esset ex indiuisibilib⁹. sup ipam nullus fieret motus. Conclo. Jgit cuz oĩs motus fiat in tempe. aliquod hoꝝ triũ ex indiuisibilib⁹ ꝓponi est impossibile.

¶ Maior patz. qz hec tria habẽt se ꝼm ꝓsequntiã necessariã. sed improportionabiliũ nõ est aliqua habitudo neccaria. q̃ rẽ. Vñ sicut ꝓpria passio ex necessaria eius cõtomirantia ad suũ subiectũ adequat ei. ita motus adequatur magnitudini. z tẽs motui. sic̃dem cõtinuitas ipius motus causatur a continuitate magnitudinis. tam spacij q̃ mobilis. Et ꝓsequnter ꝯtinuitas motꝰ causat cõtinuitatẽ tẽporis. vt patuit. iij. physicorũ. nullus em̃ effectus emanat neccario ab aliqua causa. nisi sit illi cause adequatus z ꝓprius. Sed cõtra. Magnitudo ẽ ꝑmanẽs tẽpus successiuũ. mõ cũ successiuũ nõ ꝑmaneat. nõ videtur hꝫ ꝓportionẽ ad ꝑmanẽs. Habẽt em̃ se ꝑmanẽs z nõ ꝑmanẽs sicut ens z nõ ens. Preterea. Tẽpus ꝼm extẽsionẽ est infinitũ. sed nulla magnitudo est hmõi. Solo dõm q ꝑmanẽtia et successio nõ ꝓhibẽt eq̃litatem in forma extẽsionis. licet ꝓhibeãt similitudinẽ in q̃litate talis extensionis. Nec est vez q addit tẽpus hꝫe extensionẽ infinitã. q̃ careat motus z magnitudo. qz sic in. iij. physiꝫ cozꝫ dictũ est. duratio tpis extẽdit ꝑ modũ ꝓsequntis ꝓꝫ di. circa motũ celi imaginate. z iõ sic̃ motus circularis ꝑ iterationẽ reuolutionũ crescit infinite numeraliter. quem admodũ nũerus ꝑ additionẽ vnitatis seu nũeri. ita tps Et qz ꝑ talẽ reiterationẽ nihil ꝓhibz spaciũ deferre infinitũ motũ. Jõ ℏ mõ magnitudo spacij infinita ꝑt esse.

¶ Secunda ꝓpõ ꝓbak in textu. qz si motus fieret sup magnitudinẽ ꝯpositã ex indiuisibilib⁹. vel fieret sup totam magnitudinẽ. vl' sup qualibet ꝑtẽ magnitudinis. Nõ secundũ. qz cũ mobile eẽt in ꝓma ꝑte magnitudinis. cũ illa iuxta hypothesim sit indiuisibilis ipm simul esse in moueri z motũ esse. qđ est ipossibile. qz ꝺr ꝓbs in textu. q mobile ꝓus mouek q̃ sit motũ. nõ em̃ simul sunt ire ad balneũ. et itũ esse ad balneũ. seu esse in balneo. Hec ꝓmũ ꝑt dici. qz tunc seq̃rent q̃ttuoz inco͂ueniẽtia. Primũ. q motꝰ nõ esset ꝯpositus ex motibus. sed ex momẽtis Secundũ q aliqđ esset motũ z nõ motũ. ꝓbak. qz mobile nũq̃ mouebak ꝑ ꝓmã ꝑtem magnitudinis. et sic nõ erat motũ per ꝓmã ꝑtem magnitudinis. z qz mouebak ꝑ totã magnitudinẽ z sic erit ꝑus motũ ꝑ ꝓmã pr̃eꝰ z sic est motũ. et nõ motũ ꝑ ipam. Terciũ inco͂uenies. qz idẽ simul q̃sceret z moueret. qz mobile q̃scebat ꝑ qualibet ꝑtem in magnitudie. q̃ z ꝑ totã magnitudinẽ z ꝼm aduersariũ ꝑ totã magnitudinẽ mouek. q̃ sil' mouek z quiescit Quartũ. qz ꝑtes motꝰ. vel stꝫ motꝰ. l'stꝫ nõ motꝰ. si stꝫ motꝰ tũc ipis pñtib⁹ mobile mouek. si sint nõ motus. tũc motus erit cõpositus ex nõ motib⁹. z illa latius patuerũt in textus expositõe ¶ Conclo ptz ꝑ ꝓbm in textu. q̃ ad ꝓmã ꝑtem in vltimo capto. vbi oĩdit q in nũc nec est motus nec q̃es q̃ ad scdam ꝑtẽ infert ex iã dictis. qz magnitudo motus et tps eodẽ mõ se habẽt q̃d ℏ qđ ẽ ꝯponi ex diuisibilib⁹ et indiuisibilib⁹. z q̃ si vnũ nõ est ꝯpositũ ex indiuisib⁹. nec reliqua et cõtra. Vñ cũ illa ꝯponant ex ꝑtib⁹ integralib⁹ cõpositio eoꝝ est material'. materie aũt poña est diuisibil' ꝑter innatã ei coꝛporeitatẽ.

Ad rationes Ad ꝓmã dõm. q punctũ ẽ bñ ps essentialis formalis z originalis. nõ aũt ps integralis z q̃titatiua. de q̃ ℏ sermo est. vñ ꝺr q ſuba linee ex his est. qz punctũ est pⁿ ſuba ꝯtinui hñs positionẽ in ipo. z cadẽs in definitione eius sicut ꝓncipiũ z ꝯtinuãs. z terminãs cõtinuũ. q̃ oĩa sunt actꝰ forme Sed cõtra. punctũ est accñs. q̃ male ꝺr q sit ſuba linee. añs ꝓbak. qz ponit reductiue in pdicamẽto q̃titatꝫ q̃ est genus accñtis. ꝓña ꝓbak ꝑ ꝓbm pⁿ phyſicoꝝ. qđ vni est ſuba nulli est accñs. Solo Alberti. licet ℏ modo sit accñs punctũ. quẽadmodũ linea z superficies. tñ nõ est accñs linee. sed aliqđ de ſuba eius. ℏ mõ q̃ ſuba ꝺr qđ cadit in definitõe alicuiꝰ. Jn cõtinuo em̃ sunt duo neccaria. scz continuatũ z cõtinuans. Continuatũ q̃dem ẽ ps continui. sed cõtinuãs nõ ꝑt esse ps eius. aliter em̃ idem esset cõtinuatũ z cõtinuans. Vñ ꝓmũ cõtinuãs est punctus. Et iõ punctus tripl'r est in linea. scz vt ꝓncipiũ z vt mediũ. et vt finis. Et ꝼm q est ꝓncipiũ. sic ab eo fluit cõtinuũ ꝓmũ qđ est linea. eo q motus eius imaginabilis q manẽs in processu facit lineã. z sic dictũ est. q linea est ex punctis. nõ q̃dem sicut ex partibus. sed a quib⁹ est indiuisibilitas eius ꝑ totam longitudinẽ. ꝼm aũt q est mediũ sic est continuans partes. z sic inter duo puncta terminãtia cadit linea. et ideo duo puncta nun q̃ possunt esse cõsequentia se. z ꝼm q est terminus. continuatio est ad ipm

vt ad finē ꝓtinui Sic ꝑz qūo pūctus ē in linea.sic cā eiꝰ z forma. Sed ꝓtra. Forma p̄dicaf de eo cuiꝰ est forma sed punctū nō predicaf de linea. Solo. Nō oportz q ome quod est forma rei.p̄dicet de re.qz forma faciens cē nō p̄dicaf. Nec forma inq̄tū forma ē.p̄dicaf de eo cuius est forma.vt testaf Auicēna.sed p̄dicaf ꝑut est forma.et idē siue vnū gñe.vl'specie.vel numero. Ad sedam patz solutio ex dicta solutiōe. Ad terciā dōm ē.q̄ lz in hoc ꝓueniant puncta z vnitates.qz sunt indiuisibilia.et etiaz q̄titatū p̄ncipia.dr̄ñt tñ in duobꝫ. Primo.qz q̄libet vnitas hz esse p se.ḡ q̄libet vnitas p̄t p se venire ad ꝓpositionē.sed pūcta nō hñt esse p se.sed solū in ꝓtinuo.ḡ pūcta nō p̄nt p se venire ad ꝓpositionē ꝓtinui.et sic ex punctꝭ nihil p̄t componi.z tamē bene ex vnitatibꝫ.Secūda dr̄ñtia est.qz partes numer ꝓponētes sunt indiuisibiles. quod est de rōne vnitatū.sed ptes ꝓtinuū constituētes nō p̄nt esse indiuisibiles. Cuius ratio ē.qz in numero partes numeri habent se sub actu ꝑpio.cū ex eis fiat q̄titas discreta.id est q̄titas que stat cū diuisione z discretione ptium sed partes ꝓtinui nō habēt se sub actu ꝑpio. sed sub actu totius cōtinui.ḡ oportet q ptes in ꝓtinuo habeāt vnionē q̄ nō potest esse inter puncta. Ad q̄rtā dōm ē ad p̄bationē p̄mā minorꝭ.q bene ꝓcedit de ꝓtinuitate simplicitaꝭ.nō aūt de ꝓtinuitate ꝓpositionis. Vñ ad p̄mā ꝓtinuitatē nō cōcurrit aliq̄ diuersitas. sic ad sedam. eo q ipa est formalis tm̄ fundata in fixione imobilis veritatis ipius forme.Secūda ꝓo est materialis stans in actu cōpositionis ptium ꝓtinuataꝫ.eo q materia nequit extra actū ꝓpositōs q̄libet subsistere. Et sic ꝑz q laborat in equoco nō ꝓmens veritatē ꝑpositi.que vult.q indiuisibilia nō possunt physice z materialiter ꝓtinuari. Ad sedā p̄bationē dōm est.q vnitates manent discrete in numero sine ꝓtactu.z ideo ꝑpie dicunf sese ꝓsequi in ordine numerali. Similr extrema duaꝫ linearū sibīnuicem imediataꝫ nō tangūt se nisi p accidens q sunt vltima illaꝫ linearū. Et ideo talis similitas denotat illas lineas ꝓtiguas eq̄ pars stans sub forma totius.nō habet separationē nec separatam opationē a toto. Ad terciam p̄bationē dōm q indiuisibilia bñ p̄nt esse se ꝓsequentia in forma numeri.nō in forma ꝓtinui.Primū ptz.qz ꝓsequentia in ꝑpositio nō est aliud nisi discretus ordo aliq̄uꝫ imediatoꝝ p exclusionem medij eiusdez generis vl'specie. qualis ordo reperit in numero. Secūm ptz.quia indiuisibile ponit in cōtinuo sub rōne termini vntentis partes diuisibiles vt dictū est.z ideo necessario intercipit inter q̄libet duo indiuisibilia pars continuata.illa aūt est eiusdē speciei cū talibꝫ indiuisibilibus.eo q includit potētialiter infinita indiuisibilia.Fm q ipa est indiuisibilis infinite. Et ergo dōm ē q licet diuisibile repugnet indiuisibili fm ꝑpriā eiꝰ rōem abstractā.tñ in ꝓtinuo indiuisibile cū diuisibili habet idez specificū esse.gratia cuiꝰ linea ptialis interiacens duo pūcta p̄hibet ꝓsequentiā ipoꝝ.ranq̄ existens medius eiusdez speciei Vel dōm est q inter q̄libet duo puncta mediant infinita puncta potentialiter inclusa medie linee. mō punctū est eiusdē speciei cū puncto fm essentiam z esse.

Ad q̄ntam dōm est ꝑportionabiliter sic ad p̄mam.q̄a dupler est ꝓstitutio. q̄dam integralis qua aliq̄d ꝓstituit ex ptibꝫ integralibꝫ.sic tēpus nō ꝓstituitur ex nūc. z de illa loq̄tur phūs hic.Alia est constitutio essentialis.sicut qua aliquid constituit ex partibꝫ essentialibꝫ definitiuis. et sic tempus componit ex nūc.quia sicut terminus communis in quolibet ꝓtinuo est substātia ꝓtinui Ita nūc in tpe est suba tpis. Ad sextā dōm vt ꝓius.q̄ ꝓcedit dē ꝓpositōe eēntiali.z nō materiali.

Incipiunt dubia. Pri⁹.an ꝓuenient ordinē iste lib⁹ post ip̄cedētē Et videf q nō. quia hic agitur de partibꝫ integralibꝫ et materialibꝫ motus.et in p̄cedenti de formalibꝫ. ḡ iste p̄cederet q̄ntū.sicut materia formā. ☞ Solo sic.quia postq̄ in q̄nto determinatū est de speciebꝫ motus z de cōtrarietate z vnitate ꝓseq̄ntibꝫ motū specificū In h̄ sexto determinat de continuitate z ꝓsequētibꝫ ꝓtinuitatē ipsiꝰ motus.vt sic innotescant differentie z ꝑprietates correlatiue ipius motus z aliorꝫ secum in natura ꝓtinui ꝓmunicantiū. ¶ Ad obiectum dōm est.q materia fm potētiam siue ꝓpositōis p̄cedit formā in eodem ꝓposito. sed fm potentiam siue diuisiōis sequit formā suis partibꝫ cōmunicabilem.modo in hoc sexto agit de partibꝫ materialibus fm q per rōnem continui diuidūt materiam sine termino Ex quo patz ratio duplicis ordinis huius libri ad p̄cedentem.p̄mo nāq̄ q̄ntus liber p̄cedit hunc librū. sicut absolutū respectiue.eo q differētie specifice z formales sunt absolute.differentie vero diuisionis continui sunt ꝑportionabiliter respective. Secūda.quia ꝓmunicabilitas forme ipius motus de qua agit in q̄nto precedit mltiplicabilitatem diuisibilem eiusdē motus de qua agitur in sexto.

Secūdum dubium. An definitōes velociꝭ in textu stē bene posite Et arguit q nō.quia q̄ ratione intenditur velocitas ex ptē tpis.eadem rōne intendit exp̄rtute mouētis.eo q q̄ mobile fuerit magis victum a motore.eo velocius mouef.in signū cuius motus naturalis est circa finē velocissimus.z tamē in p̄ncipio est tardus. ☞ Solo sic.quia tot sunt dr̄ñtie rōnum definitiuaꝝ velocioris.q̄t sunt dr̄ñtie ꝓtis in motus termino. Vnde illud dr̄ vel locius.quod ad terminū motus venit ꝓius. sed hoc contingit tantū triplr.scz ex diuisione tpis tm̄. vel ex additione magnitudinis tm̄.vl'vtroq̄ mō. Primo modo dicit velocius quod in minori tempe ptransit equale. Secundo modo.quod in equali tempe pertrāsit plus de spacio Tercio modo.quod in minori tpe pertrāsit plus Verū tamē ꝓsiderandū q essentialis z ꝑpria ratio velocioris attenditur penes diuisionem tempis.tum qz velocius ꝑprie dr̄ idez qđ citius z tempe ꝓius.tum qz per multū z paucum ipius motus differūt velox z tardū. modo multuz et paucum sunt passiones numeri.q̄ ideo nō attribuunf motui nisi numerato.nūerus aūt eius est tēpus. ḡ ꝛc.

Ex quo patet.q plus magnitudinis nō est dr̄ñtia velocioris.nisi cozollaria z consequens.in q̄ntum ꝓsupponit ꝓius tempale.respectu equalis magnitudinis. In signū cuius nō dicit hoc velocius quod in equali vel in minori tempe pertrāsit plus de spacio.nisi qz tale ꝓuenit ꝓius ad terminū equalis magnitudinis. ¶ Ad obiectū dicendū.q definitio velocioris nō potest dari phȳsice. nisi p dr̄ñtias formales z materiales ipius motus. Et ideo lz velocitas habeat cām efficientem.tamē nō debet p illā definiri.ex q̄ illa est extra esse phȳsicū ipius.nec est causa vniuoca.sed eq̄uoca.vt patz de se.nā mouēs sub rōe mouētis nō est motū

Tercium dubium An ꝓportio velocis z tardi sit circa motum infinita Et arguit q nō. Quia velocitas est q̄dā agilitas motus ex poña actiua mouētis.q̄ sic ozik a forma sic

est finita. quare mouere nō ē augmētabile in infinitū. nec ꝓ ꝑns velocitas q̄ est forma ꝑtius moueri pōt intendi in infinitū. ☞ Solo sic. Eo q̄ velocitas diuidit tēpus addēdo ptē magnitudinis. ⁊ ecōuerso tarditas minuit magnitudinē addēdo tēpus. ſz ꝓportio tpis ⁊ magnitudinis ꝑ magis et minus nō variat speciem. diuisionē. et additionē suscipientis. si accipiant tales gradus solū ſm poñam nature infinite ⁊ indeterminate ipsius medij cōparabilis. ⁊ ꝑ ꝑns stat talis ꝓportio in infinitate poñe int̄ medie sine termino ¶ Ad obiectū dōm. q̄ ꝓcedit de ḡ dib⁹ ꝓportionis ꝑtutis actiue mouentis q̄ ex b̄ q̄ sunt fortiales sunt determinati. ⁊ tō finiti

Quartum dubium An sit vnuz nūc in toto tpe ☞ Solutio sic. ſm subz ⁊ specie. eo q̄ tps ē vnū ꝓtinuitate quā facit nūc. Si ḡ ēent plura nūc. totū tps nō esset vnum in forma ⁊ spē ꝓtinuitatis. Vñ ptes tpis non sunt alie ſm spēm sed tm ſm esse potētiale nūeri. ⁊ tō sic discernunt ab inuicē ſm esse successionis. ita ⁊ ipm nūc hz hincinde alium modū essendi.

Quintum dubium. An velox et tardū possint diuide re quelibet motū. ☞ Solo sic. Eo q̄ ois motus ē tēporalis ꝓtinu⁹. et ex b̄ in infinitū diuisibilis penes ptes proportionales tpis. Et lz sit dare minimā spēm ſm tēpus. sic̄ dualitatē ꝓtis ⁊ posterioris. quēadmodū est dabile minimā carnē ſm spēm carnis. Silr sic̄ nō est minimū in diuisione carnis ſm poñam ꝓtinui. ita etiā nō est dabile minimū poñe diuisibilis ipius tpis ⁊ motus.

Sextū dubiū An necesse sit oēm q̄tem esse tpalē Et videt q̄ nō. q: immobilitas ꝓsequens motū in termino suo. est in nūc signato tps illius motus terminātis. atramē cū sit ꝑtio talis motus q̄es est. Confirmat ꝑ ea q̄ dicta sunt in. v. vbi Aristoteles ꝓbat motū ad q̄tem vtriuscz termini. dicēs eū ꝓtrariari q̄ti existenti in termino a q̄. sed vtricz termino ꝓportionat indiuisibili tpis. ☞ Solo sic. Eo q̄ q̄es est ꝑtio ipius motus ꝑuans actus ipius cū suppositōe poñe ad actū illū respectu eiusdē tpis Vñ tūc dicimus aliq̄d q̄escere cū possit moueri. lz nō moueat. Ergo si mot⁹ est tpalis. et q̄es necārio ē tpalis. ¶ Ad obiectū dōm. q̄ illa indiuisibilis imobilitas nō est q̄es nisi ſm essentiā sui gñis. eo q̄ q̄es ꝓstituit ex imobilitate. sic̄ ex gñe et habitu existēdi in moza motus tanḡ ex differētia eius specifica. hāc ḡ dñaz diuisibilis moze intelligit Aristoteles in q̄te vtriuscz termini saltē implicite

Quod mutat aūt oīe nece est diuisibile esse. q̄m em̄ ex q̄dam in quoddā ois mutatio. ⁊ cū q̄dem sit in h̄ in qd̄ mutatū est nō āplius mutat Cū aūt in eo ex q̄ totū est et ipm ⁊ ptes oēs non mutant. Qd̄ em̄ silr se hnt ⁊ ipm ⁊ ptes oēs nō mutant Necesse igit h̄ q̄dem aliq̄d in h̄ esse. aliud ꝙo in altero mutantis Nō em̄ in vtriscz neqz in neutro possibile est esse.

¶ Iste est secūdus tractat⁹ huius libri ſm diuisionē Alberti. in q̄ (postq̄ in p⁰ tractatu determinauit nullu⁹ ꝓti nuū eē ꝓpositū ex indiuisibilib⁹. ex q̄ sequitur motū eē diuisibilē) determinat de diuisione motus Diuidit āt in q̄n q̄ capl'a. In p⁰ determinat de diuisione mot⁹ In scdo de ordine eoz q̄ sunt in motu q̄ sunt mutata eē. ⁊ eoz habitudine adinuicē. In tercio de ordine ⁊ habitudine ipius moueri et mutari esse In quarto de finitate ⁊ infinite motus ⁊ eoz q̄ circūstant motū. In q̄nto de diuisione q̄tez Pr̄i⁹ capl'm diuidit in duas ptes ꝑncipales. In p⁹ determinat de diuisibilitate mobilis In scda de diuisione motus. In p̄ma pte duo facit. p⁰ quod dictū ē. secūdo remouet vnā dubitationē. Quantū ad p̄mā partē ponit hanc ꝓclusionē. Oīe qd̄ mutat siue mouet. necesse est eē diuisibile. quā sic ꝓbat. Quicq̄d est ptim in vno. ⁊ ptim in alio est diuisibile. sed oē mobile est ptim in termio a q̄. et ptim in termino ad quē. ḡ oīe mobile est diuisibile. Minorē ꝓbat. qz exq̄ ois motus est de quodā in quoddā. i. de termino a q̄. in terminū ad quē. tūc opz mobile dum mutat vel esse totaliter in termino a q̄. vl' in termino ad quē. vl' si mul in vtroqz vel in neutro. vl' ptim in vno ⁊ partim in alio. Nō p̄t dici q̄ sit in eo ad qd̄ est motus. qz q̄n est in eo ad qd̄ est motus. tūc nō amplius mouet. sed motū seu mutatū est. Nec p̄t dici q̄ totaliter sit in termino a q̄. da tūc nō mutat. ſz q̄escit. ꝓbat. qz illud qd̄ silr se hz nūc ⁊ ꝑ us. ⁊ ipm ⁊ oēs ptes eius. q̄escit ⁊ nō mutat. ſz sic̄ de mobili q̄diu manet et ipm ⁊ ptes eius in termino a q̄. ḡ q̄ escit in illo. opter ḡ q̄ mobile q̄n mutat ptim sit in illo ex q̄ est motus. ⁊ ptim in eo in qd̄ est mot⁹. Nō em̄ potest dici q̄ sit in vtroqz termino actu. qz tūc esset mutatū ad terminū ad quē ꝑus q̄ ex termino a quo Silr nō p̄t dici q̄tū. q̄ sit in neutro termino⁹. qz nihil mouet ad b̄ qd̄ nullo mō hz in seipo. Relinqtur ḡ q̄ ſm aliq̄d est in termino a q̄. ⁊ ſm aliq̄d in termino ad quē. et b̄ eē in inter medio qd̄ est q̄dāmodo extrema

Dico aūt in qd̄ mutat p̄mū ſm mutationē. vt ex albo in fuscū nō nigrū. Non em̄ necesse est qd̄ mutat in q̄cūqz esse vltimoz ¶ Manifestū igit ē q̄ oē qd̄ mutat erit diuisibile.

¶ Hic ꝓbus soluit dubitationē. Posset em̄ aliq̄s dicere q̄ illud qd̄ mouet. q̄n mouet est in neutro termino. quia q̄n est in terminis q̄escit. sic̄ qd̄ mouet de albo in nigz. q̄n mouet. tūc ē sub medio. puta pallido vel hmōi. ⁊ tūc nō est sub albo vel nigro. h̄ remouet exponēdo se Dicēs. q̄ mobile q̄n mouet est in eo in qd̄ p̄m⁹ mutat seu mouetur añqz sit in fine mutationis. ⁊ b̄ est in termediū extremorū. id ei qd̄ mouet. vēit in mediū ꝑuenz in vltimū. ⁊ tō vult q̄ intelligi debeat dictū suū de terminis ꝓximis. nō vltimis. Hez Albert⁹ aliter exponit. vt patebit in q̄stionibus et dubijs postea mouēdis

Motus aūt est diuisibilis dupl'r. Uno q̄dē mō tpe. alie ꝙo ſm ptiū illius quod mouet motus. vt si ipm a c. mouet totū. ⁊ a b. mouebit ⁊ b c. Sit igitur ipius q̄dem a b. qui est d e ipius b c. q̄ est e z motus ptium. Necesse est igit totū in q̄ est d z. ipius a c esse motū Mouebit em̄ ſm hunc q̄n q̄dem vtraqz partium mouebit ſm vtrāqz. nulla em̄ mouebit ſm alterū motū. Quare ⁊ totus motus totius est magnitudinis motus.

¶ In hac pte ꝑncipali hui⁹ capl'i determinat de diuisiōe motus. Et diuidit in duas ꝑticulas. In p⁹ oñdit ꝓbus penes q̄ sumat diuisio mot⁹. In scda ponit aliq̄ que motui ꝓdiuidunt. In p⁹ duo facit. p⁰ oñdit q̄ motus diuidit ſm diuisionē mobilis. Scdo. q̄ diuidit ſm diuisionē tpis. Quantū ad p̄m⁹ dr. q̄ mot⁹ est duobz modis diuisibilis. Uno mō diuisione tpis Alio modo diuidit diui

sione particulariū motuū q̄ sunt motus partiū totī⁹ mobil. Et qz eēntialiter ē diuisio motus fm modū illū scōm p⁹ oñdit illū. Qz vult ꝓbare q motus diuidik ad diuisionē mobil. et ꝰ oñdit trib⁹ rōib⁹. Quaꝝ ꝓma ē. Sicut totus mot⁹ est totī⁹ mobil. ita ptes motus sunt ptiū mobil. g̃ mot⁹ ꝺdiuidik mobili. Añs ꝓbat. sit mobile a c. cuius ptes sint a b. et b c. et tot⁹ motus sit signat⁹ p d z. z p tes mot⁹ sint d e. et e z. sic g̃ tot⁹ motus d z. est totī⁹ mobil a c. ita ps motus d e. erit ptis mobil a b. et alia ps e z est partis b c. Jsto supposito p̄missō formak sic ꝓbatio añ cedētis. Si totū a c mouek. opz q̄ q̄libz eī⁹ ps moueak. qz totū nō mouek. nisi q̄libet eī⁹ ps moueak. sz nulla ps mobil a c. mouek motu alterī⁹ partis. g̃ ps eī⁹ a b. mouetur vna parte mot⁹. et alia scilz b c. mouek alia ptē mot⁹. quia igit totū mobile mouek toto motu. z ps mobil mouek p te motus. igit motus diuidik ad diuisionē mobilis

Amplius aūt si ois mot⁹ alicui⁹ est. tot⁹ aūt motus q̄ est ōnter d z. neqz partiū ē neutre. ps em̄ vtraqz neqz alterius nulli⁹. Cuius em̄ totus toti⁹ z ptes ptium sunt ptes aūt ipius d z. sunt ipaꝝ q̄ sunt a b c et nullarū aliaꝝ. Pluriū em̄ nō erat vnus motus. z vtiqz totius motus erit ipius a b c magnitudinis

¶ Hic ponit scōam ratōez et est ꝓfirmatio ꝓme. z ē hec Ois mot⁹ est alicuius moti motus. g̃ z totus motus d z est alicuius totius moti. z nō est alicui⁹ ptiū diuisim. qz neutri⁹ partis rei mote. est vtraqz pars motus sit acceptā. cui⁹ em̄ totius est totus motus illius totius ptiuz sunt partes mot⁹. qz si totus mot⁹ signak p d z. diuidak in duas ptes. tūc ille partes sunt partiū magnitudinis a b c. q̄ mouek illo motu. Non em̄ ꝑt dici q sit aliquaꝝ alt arū partiū. qz pluriū mobiliū nō ꝑt eē vn⁹ motus numero. g̃ illo motu q̄ ꝓstituik ex motu partiū mouek ipa magnitudo a b c tota.

Amplius aūt siq̄dez est totius ali⁹ motus. vt in q̄ t i remouebik ab eo. qz vtrarunqz ptiū motus. Di aūt eq̄les erant his q̄ sunt d e z. vni⁹ em̄ vn⁹ motus. Quare si totus q̄dem diuidik q̄ est t i. in ptium motus eq̄lis erit q̄ est t i. ei q̄ est d z. Si ꝓo deficit aliq̄d vt qđ est k i. Hic nulli⁹ erit motus neqz em̄ totius. neqz ptis ꝓpter id qđ vnus vnius est. neqz alterius nullius est. Continuus em̄ motus est ꝯtinuoꝝ q̄ rundā. Silr aūt ē et si excellat fm diuisionē. Quare si his impossibile ē nec̄e eundē esse z eq̄lez. Nec q̄dē igit diuisio fm partiū mot⁹ est. z necesse ois esse ptibilis ipsum.

¶ Hic ponit terciā rōnem q̄ ꝑt sic formari. Ois forma q̄ sic adequak subiecto. qnec excedit ipm nec excedik ab ipso. illa diuidik ad diuisionem subiecti. sed motus nō excedit mobile. nec excedik ab eo. g̃ diuidik ad diuisionē mobil. Minorem ꝓbat. qz si excederet a mobili. tūc aliq̄s mobilis esset sine motu. z si mot⁹ excederet. eēt mot⁹ sine subiecto Hāc phs sic ponit ducēdo ad ipossibile. Si dek q toti⁹ magnitudinis sit ali⁹ motus q̄ ille q̄ est suarum partiuz. signek ille ali⁹ motus p t i. z diuidak in puncto in q̄ ponik lrā k. ille mot⁹ sepak a motu ptiū iuxta hypothesim. Jlle g̃ motus q̄ est toti⁹ z nō partium. vl est equalis motui ptium. vl deficit ab ipo. aut excellit ipm. Si est eq̄lis g̃ ipe diuidik sic motus partiū. q̄ est d e z. sz vnius motī nō ē nisi vnus mot⁹ simul acceptus in ipo. si g̃ mot⁹ totius q̄ est t i. diuidak diuisione subiecti motus ꝓme partis mobilis. scz ipius a b. q̄ mot⁹ est t k. erit idē cū motu d e. z motus alterius ptis mobilis. scilz b c. q̄ est k i. erit idē cū motu e z. z tot⁹ mot⁹ t i. erit idē cū motu d z. qđ ē ꝯpositōem. qz ponebat q mouēt motu alio a motu ptiū Si ꝓo dicak q mot⁹ totius deficit a motu partiū. ponak tūc q illa ps q̄ est k i. deficiat sic q nulli⁹ ptiū sit. tūc etiā nō erit toti⁹ mobil. qz sic ꝓtinuū nō hz totalitatē extra ptes. ita nec motū hz extra partes. z sic est aliqs motus q̄ est nullius mobil. scz mot⁹ k i. qđ est ꝓtra ꝓpositōem prius positā. q ois motus est alicuius mobilis. z qz nec est totius nec partiū nō erit alicui⁹. qz vnus mot⁹ est vni⁹ mobilis. Nec ꝑt dici q sit alicuius mobil diuersi ab isto. qa tūc nō esset ꝓtinu⁹. qz motus ꝓtinuus est q̄rundā ꝓtinuorū. Si ꝓo dicak q ille motus t i. diuersus ab ipso motu partiū excellat motū partiū. tunc seq̄tur idē inc̄onueniens qz in parte illa q̄ excellit ptium motū nō est alicui⁹ partis et cū totū nō sit extra partes. nō erit illa ps excellēs ipsi⁹ totius motus. z sic erit nullius. Quare si hec oia impossibilia sunt. opz q mot⁹ partiū ciuidē mobil sit idē cū motu totius z eq̄lis sibi. Añ ꝓcludit q hec est diuisio q̄ est fm mot⁹ partiales partiū eius qđ mouek. z nec̄e ē illam diuisionē ꝓuenire oi motui. q̄ est alicuius diuisibilis per quantitatem.

Alius aūt fm tēpus. q̄m em̄ oīs motus in tpe tempus aūt oē diuisibile est. in minori autez minor motus. necesse est oēm diuidi motū fm tēpus.

¶ Conseq̄nter oñdit phs motū diuidi diuisione tpis. qđ sic ꝓbat. Quia ois motus est in tpe. z oīne tempus est diuisibile. g̃ oportet et motū ad eī⁹ diuisionē diuidi. tenet ꝓña. qz eadem est diuisio mēsure z mēsurati. eo q vna q̄ntitas sit vtriusq̄. Si em̄ aliqs totus motus ē in toto alt quo tpe. tūc minor motus q̄ est ps aliq̄ta erit in pte aliq̄ta tpis. vt dimidia ps motus in dimidia pte tpis. et tercia in tercia. z sic deinceps

Quoniā aūt oīne quod mouek. in aliq̄ mouek et q̄dam tempe. z ois est motus necesse est easdem diuisiones esse tpis z mot⁹ et ipius moueri. et qđ mouetur z in quo mot⁹ est. sed nō oīm similr est in q̄bꝫ est motus. sed quanti q̄dem fm seipm. qualr aūt fm accidens

¶ In hac secūda ptícula enūerat q̄dam q̄ motui ꝺdiuidunt. Et duo facit. Primo enumerādo illa ꝓbat in gñali. Secūdo declarat hꝫ in speciali. Quantū ad ꝓmū dicit Quia oē quod mouek hz motū in aliq̄ gñe. et mouetur in aliq̄ tpe. z quia oīnis tpis est aliquis motus. cū temp⁹ sit numerus motus necesse est easdem esse diuisiones tēporis. motus. et ipius moueri. quod est ipsa motio z ei⁹ quod mouek z nature in qua est motus. Subdit tamen dr̄ñtiam dicens q natura in qua est motus. siue ad quaꝝ est motus nō hz semp diuisionē vnius rōis. qz quātitas habet diuisionē in ptes eēntiales sibi. q̄litas aūt ꝑ accīs qz nō diuiditur nisi ad diuisionē subiecti. z hꝫ verū de illa q̄ est in subiecto distensa. illa ꝓo q̄ nō est in subiecto ꝯto oino nō diuidit.

Accipiak em̄ tēpus in q̄ mouek in q̄ sit a. z mot⁹ in q̄ b. Si igit ꝑ totū in oī motū est tpe in medio ꝑ

minorem.et itez hoc diuiso p minorē huic ⁊ sic sp. Similiter aūt ⁊ si motus diuisibil' sit.⁊ tēpus diuisibile.Si eīm p totum in oīm.per mediū in medio. et itez p minorē in minori

¶Hic declarat hoc de istis in speciali. Et p° q motus et tempus ꝺdiuidunt.dicēs. Accipiat tēpus in quo ē ali qs motus.⁊ signet̄ per a.et motus per b.Si tūc aliquid sit regulariter motū in toto tpe a.illo motu b.tūc in dimidio temporis illius expleuit motū minorem q̄ sit b.et in dimidio illius medietatis iterū minorem.⁊ sic sp motus diuidit ad diuisionē temporis. Et sil'r ecōuerso vez ē.q si motus diuidit.q etiā tēpus diuidit. Si eīm p totū motū mouet in toto tpe.tūc per mediū motū transit mediū tempus.et per minorē partē motus q̄ sit medietas trā/ sit minorē tēporis.et sic deinceps.

Eodem autē modo ⁊ ipm moueri diuidet̄.sit eīm in q̄ est c.ipm moueri.fm igit̄ mediū motus minor erit in toto.⁊ iterū fm medietatis mediū ⁊ sic sp.Est autē ⁊ ponentē fm vtrūq; motuum ipm moueri.vt fm d c.et c e.dicere q totū erit fm totū. Si nāq; aliud plus erit ipm moueri fm eundē motū. sicut determinauimus ⁊ motū diuisibilē in ptiū motus eē. Accepto eīm ipo moueri fm vtrūq; ꝺtinuū erit totū.

¶Hic oīndit specialiter.q mot⁹ ⁊ ipm moueri eq̄liter diuidunt.dicens. Eodē modo diuidet̄ ⁊ ipm moueri. Procuius ꝓbatōe notāda est dīa inter motū ⁊ ipm moueri q̄ vt dr Alb. Mot⁹ ē successiua acceptio formę siue ipsius vbi. Sed moueri est decursus ipe q̄ est īmobili p modū passionis. Probat ḡ sic q moueri diuidat fm diuisionē motus.⁊ ecōtrra. Sit eīm ipm moueri totū signatū per lrām c.illud moueri minus est fm mediū motum ⁊ mediū tps.⁊ adhuc min⁹ fm minorē partē mot⁹.ḡ moueri eodē mō diuidit sic mot⁹. Si eīm ponamus moueri vnū esse ꝺtinuū fm vtrāq; partē vnius motus q̄ sit signatus p d e.et diuidat in lrā c.tūc moueri erit ꝺiunctū p me parti mot⁹.q̄ est d c.et etiā sēdē pti.q̄ est c e. sic eīm totū moueri se hz ad totū motuz.ita ptes ipius moueri ad ptes motue.Si aūt dicat aduersarius. q motio seu ipsum moueri sit alterius motus alicuius q̄ ptiū isti⁹ motus.⁊ sic nō adequat ptib⁹ motus.tūc oportz q ipm moueri sit in plus q̄ mot⁹.fm quez in est ipm moueri.⁊ sic nō cōtinuat istī moueri.quod est fm motū istum q̄ est in suo mobili.q; plurīū nō pt eē vnū moueri ꝺtinuū sicut eīm supra determinatū est motū esse diuisibilē in ptes ei⁹ quod mouet̄.oportz etiā moueri eē diuisibile.q; cōiunctū est motui.⁊ si accipiat moueri fm vtrāq; ptem motus ipm est continuū.Si aūt excedit ps ipius motus in aliud subiectū extendendo se.nō erit ꝺtinuū q̄ est ꝺtra positionem.

Similiter aūt demōstrabit̄ ⁊ lōgitudo diuisibil' et oīno illud oīne in q̄ est mutatio.pter q̄dam q̄ fm accns.Quod eīm mutatur est diuisibile.vno diuiso oīa diuident̄.et in ipso finita esse aut infinita simil'r se habebit de oībus. Secutum aūt maxime est diuidi oīa ⁊ infinita eē ab ipo mutante. maxime eīm in est mutanti diuisibile ⁊ in infinitū. diuisibile q̄dem igitur ostensum est ꝓus. Infinitū autē in seq̄ntibus erit manifestū.

¶Hic oīndit.q illud in quo est motus est diuisibile fm diuisionē motus.et ecōtra.dicens.q sil'r demōstrabit̄ longitudo spacij sit diuisibilis q motus diuidat̄.⁊ vt̄ome id ad quod vl'in q̄ est motus.sic in gne p̄dicamēti. Preter hoc q q̄dam p accns diuidunt̄.quod sic ꝓbat.q; illō qđ mutat̄ est diuisibile.ḡ illud in q̄ est motus.⁊ ipse motus sunt diuisibilia.tenet ꝺnā.q; vno illoz (quod cūq; etiam sit) diuiso oīa diuidunt̄.⁊ si vnū eoz sit ifinitū vl'finitū p diuisionē.oīnia alia erūt hmōi. Subdit tm̄.q hz ex diuisione cuiuslibet ꝓbet diuisio aliox.tm̄ p̄ncipium ex q̄ maxime ꝓbant diuidi est illud quod sp ⁊ in oīmi motu importat diuisionē.⁊ illud ē mobile seu id qđ mouet̄.Id eīm qđ mouet̄ fm q mouet̄ in rōne sua importat diuisionē in infinitū.q eīm diuidat̄ ostensum est in p̄ncipio capli.vbi dictum est q necesse est id qđ mouet̄.prim esse in termino a quo.⁊ prim in terminо ad quē.sed q sit diuisibile in infinita/ vit ū.in seq̄ntib⁹ manifestabit̄

Quoniā aūt omne quod mutat̄ ex quodā in aliq̄d mutat̄.necesse est qđ mutat̄. cū mutatū est esse in q̄ mutatuz est. Quod mutat̄ eīm ex q̄ mutat̄ distat aut deficit ipm.et aut idem est mutari ⁊ deficere.aut seq̄tur ad mutari ipm deficere. Nā quod est mutatū esse defecisse.sil'r eīm vtrūq; se hz ad vtrūq;

¶Istud est scdm capl'm in q̄ ph̄s determinat de mutatis esse ipius motus q̄tum ad ordinē ⁊ habitudinē eoz Et diuiditur in tres partes. In quaz p̄a determinat de ordine mutari esse q̄tū ad suū terminū In scda determinat de eo q̄tū ad eius mensurā. In tercia de habitudine mutatoz inter se. Quantū ad p̄mā ptem ponit hanc cōclusionē. Ex q̄ oē quod mutat̄.mutat̄ ex q̄dam in qđaz necesse est illud quod mutat̄ quādo mutatū est esse in eo ad quod mutatū est. Hāc ꝺclusionē ꝓbat duab⁹ rōnib⁹ Prima est ostēsiua.⁊ p̄t sic formari Oē quod deficit a termino a quo.est in terminо ad quē.seu in illo in quod mutatū est.sed oē quod mutat̄ deficit a termino a q̄.ḡ omne quod mutat̄ est in illo in quod mutatū est Maiorem relinqt notā ex h̄ q motus est inter ꝓtraria. Minorem ꝓbat.quia idē est mutari ⁊ deficere.aut deficere seq̄tur ad mutari ⁊ mutatū esse ⁊ defecisse

Quoniaz ergo vna mutatio numeri est fm ꝓtra dictionem quando mutatū est ab eo quod nō est in esse dēficit.nō ens erit igit̄ inesse. Oīne eīm necesse est esse aut nō esse. Manifestū igitur.q in mutatōe fm ꝓtradictionē quod mutatū est erit in quo mutatuz est.si autem in hac ⁊ in alijs est.similiter eīm in vna et in alijs.

¶Hic declarat rōem p̄mā in mutatōe exp̄ie dicta.dicēs q in mutatōe q̄ est fm ꝓtradictionē.manifestū est.q illō qđ mutatū est.est in eo in quod mutatū ē.ḡ sil'r erit in oībus alijs. Anās ꝓbat. Oē qđ mutat̄ deficit a termino a q̄.sed inter esse ⁊ nō esse nō est mediū.ḡ necesse est cū deficit ab esse aliquid.q tūc sit in nō esse.et cū deficit a nō esse q tūc sit in esse.⁊ p ꝑs oīne quod mutat̄ tali mutatōne sez ab esse ad nō esse.aut ecōtra qñ mutatū est.tūc est in eo in quod mutatū est.

Amplius ātz fm vnāquāq; acceptētibo māifestū est Si q̄dē igit̄ necesse est q mutatū esse alicubi. ex q̄

mutatū est aut in aliq̄ Quoniā ātea q̄ mutatuz ē ex ficit. nece est aūt esse alicubi aut in h̄ aut in alio erit. Siqdē igit in alio vt in ipo c. quod in ipm b mutatū erit. itez ex c mutak in b. Nō eīm c erit habitū ipsi b. mutatio eīm ꝓtinua est. Quare qd̄ mutatū est qn̄ mutatū est. mutak in qd̄ mutatū est. h̄ aūt ē impossibile. Necesse est ergo qd̄ mutatū est cē in h̄ in qd̄ mutatū est Manifestū igit est z qd̄ factū cū factū ē erit et qd̄ corruptū est nō erit Uniuersaliter eīm dictū est et ex oīm mutatōe z maxime est manifestuz in ea q̄ ē fm ꝓtradictionē. Qz qdē igit mutatū ē cū mutatū est ꝑmū in illo manifestū est.

¶ Hic ꝓbat pb̄s ꝓclusionē rone ducēte ad impossibile q̄ etiā magz manifesta est de singulis mutationib. qz pa plus est manifesta in mutatōnib ꝓie dictz Est g̃ scda rō hec. Oīne qd̄ mutak qn̄ mutatū est. tūc ē alicubi. vl g̃ in eo ex q̄ vl a q̄ mutatū ē. vl in eo in qd̄ mutatū vl in aliq̄ alio. Nō est in eo ex q̄ mutatū est. qz ꝑus dictū est. q illd quod mutak deficit z distat ab eo ex q̄ mutak. g̃ erit in eo in qd̄ ē mutatū. Nō eīm ꝓt dici q sit in alio. qz si sic. tūc sequet impossibile. scz q aliq̄d qd̄ mutatū ē, mutak adhuc ad illud in quod mutatū est. z sic ambulans ambularet ad locū in q̄ est. Sequitur illā ꝓbat pb̄s in īs sic. Si dimak mobile qn̄ mutatū est nō esse in eo ad quod mutatuz est. sed in alio. Sic g̃ illud ad quod mutatū est b. et id in q̄ est qn̄ mutatū est sit c. cū g̃ ponak mutatio illa ꝓtinua. oportet illud mobile continue mutari vsq; in b. qz positū est q sit mutatum in b. sed positū est q quādo mutatū ē nō erat in b. sed in alio. vidz in c. g̃ qn̄ mutatū est in b. trā sit adhuc in b. et h̄ est impossibile. qz si qn̄ mutatū ē in b. erit in c. et trāsit de c in b. tūc qn̄ mutatū est in ipm b. adhuc mutak ad ipm b. Positū eīm est q c z b. nō sint idem nec sint ꝓtraria nec ꝓtradictoria. qz tūc c esset id ex q̄ mutarek quod esset ꝓtra suppositū. Necesse est g̃ illd quod mutak qn̄ mutatū est esse in eo in quod mutatū est. Ex quo infert pb̄s q ex dictis manifestū ē q id quod factuz est qn̄ factū est in esse. et sil'r quod corruptū est. qn̄ corruptū est. est in non esse. Uniuersaliter eīm dictū est de oi mutatione. z maxime manifestum est in illa que ē fm ꝓtradictionem. Ex q̄ concludit q manifestum ē q id quod mutatū est. cū ꝑmū mutatum ē ad ꝓximū iuxta illud ex quo mutatum ē. tunc ē in illo in quod mutatū est. siue illud sit medū siue extremū

In quo aūt ꝑmū mutatū est quod mutatū ē necesse est atomū esse. Dico aūt ꝑmū quod nō p altez aliq̄d ipius esse ꝑmōi fit. Sit igit diuisibile quod ē a c. et diuidak scdm b. si q̄dem igit in a b mutatū est aut itez in b c. nō vtiq; in ꝑmo qd̄ ē a c quod mutatū est erit. si aūt transmutabak in vtroq;. necesse ē in vtroq; transmutatū esse. aut transmutari. z vtiq; in toto transmutabak. sed erat mutatū. Eadē aūt ratō et si in hoc q̄dem mutak. in hoc aūt mutatū est. Erit eīm aliq̄d ꝑmo ꝑus. quare nō erit vtiq; diuisibile in quo mutatū est Manifestū est igit quia z quod corruptū est. et quod factū ē in atomo. hoc q̄dē corruptū. hoc aūt factū est.

¶ Jsta ē secunda pars huius capituli. in qua pb̄us determinat de mutato esse q̄tuz ad eius mēsuram Dicit g̃ q illud in quo aliq̄d ꝑmo mutatū est. necesse est indiuisibile esse. Et subdit qd intelligat p ꝑmū dicens. Dico aūt ꝑmū cui grā sui z nō grā alteri⁹ attribuit motus alteri⁹. sic q illud alterū sit pars eius. vl totū ad ipm. Quo ꝓmisso ꝓbat sic ꝓclusionē. Si eīm dicat aduersari⁹. q illud in quo ꝑmū mutatū est aliq̄d sit diuisibile signet illud ꝑmū p lineam a c. et diuidak in ꝑncto b. vt vna eius pars sit a b. z alia pars b c. Si igit id quod mutatū est. sit mutatū in vtraq; istaz partiū. tūc seqtur q nō sit ꝑmo mutatū in a c. qz ꝑmū idē est qd̄ per se. vt hic accipit cui scz mutatū esse conuenit. nō grā alteri⁹ quod sit aliq̄d eius Si aūt dicat q in vtraq; parte mutak. et in toto ē in trāsmutatū esse. et sic transmutatū esse ꝓtingeret gratia totius. et nō ptium. quod est impossibile. quia totū in ratiōe cōtinui acceptū nō h̄z aliq̄d nisi in partib⁹ q̄ sunt etiā continue. eo q continuū ꝓstituit ex cōtinuis. et sic in partib⁹ ē transmutari qn̄ in toto est transmutatum esse. oportet ergo dicere. q si in partib⁹ transmutek. q etiā in toto transmutak. Et si in toto est transmutatū esse. q etiā sit in partibus transmutatū esse. et tn̄ positū fuit in toto esse mutatū ꝑmo. Eadē ratio est. si dicat q in vna parte est in mutari. et in alia in mutatū esse. qz tunc nō erit ꝑmo mutatū esse in toto. qz grā partis. et ideo conuenit ꝑus parti. z p cōsequens erit ꝑus ꝑmo quod ē impossibile. ergo nō potest dici q illud in q̄ est ꝑmo mutatum esse sit diuisibile Ex q̄bus infert cozollariē. dicens q manifestū ē q id quod corruptū est. corruptū est in indiuisibili. z id qd̄ factū est. factū est in indiuisibili.

Dicitur autem in quo primo mutatum est dupliciter. Aliud quidem in quo primo perfecta est mutatio. Tunc eīm vez est dicere. quod mutatū est Aliud ꝑo in q̄ ꝑmo cepit mutari.

¶ Jsta ē tercia pars huius capli. in qua oñdit ordinē et habitudinem ipoz mutatoz esse in motu. Et hoc īō. qz dictū est q mutatū esse ꝑmū sit in indiuisibili. ideo posset aliq̄s dubitare. an sit dabile ꝑmū mutatū esse. Et duo facit. Primo ponit distinctionē soluentē dubitationē. Secūdo ꝓbat solutionē datā. Dicit ergo q mutatū esse primū. duplex est. scz pfectū z imperfectū. Perfectuz est in q̄ terminata est mutatio. Aliud impfectū. scz in q̄ cepit mutari. ꝓ⁹ p hoc soluit q in mutatione est dare ꝑmū mutatū esse pfectū. sed nō ē dare ꝑmū impfectū.

Scdm qdē finē mutatiōis quod primū dicitur existit et est. cōtingit eīm ꝑficī mutationē z est mutationis finis. quod ostensum est indiuisibile esse ꝓpter id q finis est.

¶ Hic solutionē datā ꝓbat. Primo q̄tū ad mutatū ee pfectum. Secūdo q̄tū ad mutatū esse impfectū. Quātū ad ꝑmū ōt q est dare ꝑmū in q̄ est mutatū esse pfectuz quia ꝓtingit dare finē mutationis. sed finis mutatōis ē mutatū esse pfectū. g̃ ē dare ꝑmū mutatōis pfectū. Deinde ꝓbat. qz possibile est oēm mutationē terminari z esse pfectam. Deinde ꝓbat. qz ꝑus ostensum est mutatū ee consistere in indiuisibili. finis autē indiuisibil' ē. qz nisi indiuisibilis esset. nō eēt finis.

Qz aūt fin ꝑncipiū oīno nō est. nō eīm ꝑncipiuz est mutationis. neq; in quo q̄s ꝑmo mutabak. Sit eīm ꝑmum in quo sit a d. hoc igit indiuisibile q̄dem non est. accidit eīm habita esse ipa nunc. Amplius si

in ca. tempe oīi q̄escit. ꝓnaī eī q̄escens ⁊ in a qui escit quare si impartibile est a d. simul q̄escit ⁊ mutatū erit. Jn aq̄dem eī q̄escit. in d autem mutatū est. Quoniā aūt nō est imptibile necesse est diuisibile cē et in q̄libet huj⁹ mutatū cē diuiso eī ipo a d siq̄dē in neutro mutatū ē neq; in toto est a d. Si aūt in ambobus mntatur ⁊ in oīi. si ꝙ in altero tantū mutatū est non in toto primo. Quare necesse est in quolibet mutatū esse. Manifestū igit̄ est q̄ nō est in q̄ primo mutatū est. infinite eī diuisiones sunt

¶ Hic ꝓbat scdam ꝓez solutōis. scz q̄ nō sit dare ꝑmū mutatū esse impfectū. et hoc triby rōnib⁹. Quaz ꝑma sumit̄ ex ꝑte ꝑis ducēs ad impossibile. Dicit igit̄ sic. q̄ in mutatōe nō est aliquod ꝑmū mutatū impfectū. qz cū sit ꝓtinua ipa est in infinitū diuisibil. et aī quālibet partez est ꝑor. et ita nunq̄z fuit mutatio alicui attributa d̄n ꝑus attribuebaī alteri. Si eī dicat d̄s q̄ sit dabile ꝑmū mutatū esse impfectū quod est mutatōis ꝑs. Sit igit̄ ꝑmū mutatū esse a d. ita q̄ ps sit totius mutatōis cui ꝑmo cōuenit mutatū eē. Vel q̄ est diuisibile vl̄ indiuisibile Nō ꝑt aūt dici q̄ sit indiuisibile. Probat hoc dupl̄r. Primo. qz tunc seq̄reī indiuisibilia ꝑtis esse imediata. et sic tēpus ꝓpositū esset ex indiuisibilib⁹. Seq̄lam ꝓbat. qz in ꝑ⁰ instanti ꝑtis mēsurantis transmutatōez. mobile nō trāsmutatur. si igit̄ est dabile ꝑmū indiuisibile in q̄ transmutatū est ipm mobile. et cū inter illud instans post quod mobile cepit moueri. et illud in quo est mutatū nō sit tēpus mediū tanta hypothesim erūt illa nūc imediata. scz nūc. in q̄ adhuc nō mutaī. et ꝑmū in quo mutatū est. Jdē ꝓbat secūdo sic. Si esset indiuisibile in q̄ mobile ꝑmo mutatū est tūc seq̄reī q̄ aliq̄d simul moueret ⁊ q̄esceret. sed h̄ est impossibile. q̄ illō ex q̄ seq̄tur. Seq̄lam ꝓbat sic. Sit tēpus illud in q̄ quiescit h̄ qō sic mutatū est a c. et qz qō q̄escit in toto tempe. q̄escit in qualibet eius ꝑte. quiescat q̄ in ꝑte illa ꝑis q̄ est a Si q̄ ponaī a d indiuisibile. tūc erit in ꝑte indiuisibili. sed inter finē quietz̄ et ꝓncipiuz mot⁹ nō est mediū tempus. nec est mediuz nūc. qz illa nō hñt se ꝙseq̄nter. q̄ in eo dē est aliq̄d q̄escens ⁊ motū sit. Et h̄ idē seq̄tur ex eo. qz cū moueī in toto ꝑte a c. et quiescit in fine eius. scz in c. cū q̄ totū tēpus a c sit indiuisibile temp⁹. et mouetur in toto a c. et quiescit in c. quod est vnum indiuisibile cū a c. seq̄tur vt ꝑus q̄ simł moueaī et q̄escat qō est impossibile. Si ꝙ dicaī q̄ sit diuisibile. diuidatur ergo in duas ꝑtes. Vel q̄ in vtraq; mutatū est. vl̄ in neutra. vel in vna est mutatū. et in alia mutaī Si dicaī q̄ in neutra. tūc etiā nō in toto quod est ꝙtra hyporhesim. qz totū nō est nisi ex partib⁹ ꝙstitutū. Si in vtraq; tūc ex q̄ mutatio est ꝓtinua. tūc ꝑus fuit mutatū ꝑm ꝑmā ꝑtem q̄z ꝑm totū. q̄ illud nō est ꝑmū mutatū. quod tñ ponebaī Si aūt sit in altera ꝑte tm mutatū. tūc iterū seq̄tur q̄ nō erat ꝑmū quod ponit̄ esse ꝑmū. et ꝑ ꝓns nō est dabile ꝑmū mutatū esse impfectū

¶ Istud est secũdum capitulũ. in quo pbus ostẽdit ꝑncipale propositũ. scz ꝙ in mouentibꝫ ꝙ in mobilibꝫ non est procedere in infinitũ. Et duo facit. Primo probat ꝓclusiõe intentã. Scdo remouet vnã obiectiõem ꝓtra suã rõnẽ fieri possibilẽ Quantũ ad ꝑmũ ponẽdo ꝓclusionez ꝺt Quoniã oẽ qđ mouetur ab alio necesse est etiã hoc qđ mouetur ſm locũ moueri ab alio. ꝙ si illud mouens mouetur ipsum iterũ mouetur ab alio. sed tamẽ nõ ibit in infinitũ. sed stabit in aliquo ꝑmo mouente quod non mouet Hanc probat tali rõne. In mouentibꝫ ꝙ mobilibꝫ non est processus in infinitum. ergo necesse est aliquod esse ꝑmuz mouens et primũ motum. Probat antecedens. quia si in mouentibus ꝙ mobilibus esset processus in infinitum. sequeretur ꝙ in tempore finito posset fieri motus infinitus sed hoc est impossibile. vt probatum est in sexto huius. ergo illud ex quo sequitur. Sequelam probat. Ponatur a mobile moueri ab alio. scz b. ꝙ ponatur b etiaz moueri ab alio. ꝙ sit illud aliud c. ꝙ illud mouens etiam mouetur ab alio. ꝙ sit illud d. ꝙ sic in infinitũ in numero mouentiuz ꝙ motoꝝ. manifestuz est autem ꝙ illo stante ꝙ simul tempore mouẽs mouet aliud ꝙ mouetur ab alio. quia mouẽs motum hoc mouet motu quo ipsum mouetur. ꝙ quando vnũ mouetur oẽia mouentur. et sic quando b mouetur. qz motu suo mouet a. oportz simul tẽpore a moueri. ꝙ qñ b mouetur. tũc mouetur etiã c. quia b mouetur ab ipso c. ꝓpter eandẽ etiã causam quãdo c mouetur. mouetur d. ergo in eodẽ tẽpore quo mouetur a. mouentur oẽia alia. scz b. c. d. sed cũ a mobile sit vnũ ꝙ accipi potest ſm se sicut ꝙ quodlibet aliorũ ſm se est vnũ numero. tunc motus cuiuslibet est vnus numero. ꝙ non infinitus. quia quodlibet mouetur ex quodã in quoddã. Qz aũt cuiuslibet horuz motus sit vnus nũero ꝓbat ex hijs q̃ dicta sunt in q̃nto libro Dicit eñ vnus nũero q̃ est ex eodẽ nũero. ꝙ in idẽ nũero. ꝙ in eodẽ tpe nũero. silr ðr de eodẽ gñe ꝙ specie. vt dictuz ẽ in q̃nto huiꝰ. ꝙ resumit hic in textu. vt patz intuẽti. Istis sic habitis ponat ꝙ motꝰ ipiꝰ a vocet c. ꝙ motꝰ ipiꝰ b. vocet z. ꝙ motꝰ ipius c ꝙ d. vocet i. t. tũc iutra dicta oẽs sunt ꝙ fiunt in vno tpe eodẽ. scz in quo motꝰ ipiꝰ a. signet hoc tps ꝙ lrãm k. illud tps est finitũ. sicut motꝰ ipius a est finitus et determinatꝰ nũero. specie. ꝙ gñe. sed oẽia alia mouẽtur in eodẽ tpe finito. scz k. ꝙ cũ oẽia illa sint infinita. ꝝ totus motꝰ. scz e. z. i. t. q̃ est infinito ꝙ motꝰ est in tpe k finito. ꝙ nihil differt an motꝰ ipiꝰ a equalis motui b vel maior ſp sequit infinitũ motũ esse in tpe finito. qđ est impossibile

Sic q̃dem igitur videtur demonstrari qđ est a ꝑncipio. nõ tñ demonstrat ꝓpter hoc ꝙ nullũ incõueniens accidit. Contingit eñ in finito tẽpore infinitum motũ esse. nõ eũdez aũt sed alteꝝ ꝙ alterũ multis ꝙ infinitis motꝫ. qđ accidit ꝙ in hijs que nũc. Sed si qđ mouetur ꝑmo ſm locũ ꝙ corporalẽ motũ necesse est tangi aut ꝓtinuũ esse mouenti. sicut videt hoc in omnibꝫ contingere. Erit eñ ex oẽibꝫ vnũ ipm totũ aut ꝓtinuũ. Hoc igitur contingens accipiatur. ꝙ sit magnitudo q̃dem aut ꝓtinuũ in quo sunt a. b. c. d. huiꝰ aũt motus est e. z. i. t. Differt aũt nihil magnitudinez finitaz aut infinitam esse. Silr eñ in finito tẽpore qđ est k. mouebitur aut finita aut infinita. horũ aũt ſm vtrũqz impossibile est. Manifestuz igitur. qz stabit aliquãdo ꝙ nõ in infinitũ abibit qđ semp ab altero. sed erit aliqđ qđ primũ mouebitur. Nihil autem differat ꝓcesso q̃dã hoc demonstrari. Cõtingenti eñ ꝓcesso nullũ incõueniens poterit accidere

Hic. p. soluit obiectiõez q̃ possz fieri cõ suã demõstratiõnẽ. ꝑ cuiꝰ solutiõem supplet demõstratio. dicẽs ꝙ videt demõstrari hoc qđ a ꝑncipio intẽdebat. scz ꝙ nõ sit ꝓcessus in infinitũ in mouẽtibꝫ ꝙ mobilibꝫ. nõ tñ demõstrat ſm veritatẽ. qz nõ ẽ incõueniens in tpe finito esse motũ infinituz qui tñ nõ est vnus nũero. sed alius ꝙ alius ſm infinitũ numeꝝ mouentiũ ꝙ mobiliũ. ita ꝙ multa ꝙ infinita sint mota simul. ꝙ sic videt accidere in hijs que nũc adducta sunt Quã soluendo supponit. ꝙ in oẽibꝫ oportz mouẽs ꝙ motũ esse simul. oẽ eñ qđ mouet necesse est tangi a suo mouẽti. ꝙ qz que se tangũt/possunt ꝓtinuari ꝙ fieri vnum totum ex eis Ponamus igitur ꝙ ex omnibus illis que posita fuꝛ infinita esse. scilicet a. b. c. d. fieri vnum. tunc a. b. c. d. erit vnum continuũ infinituz. tũc motus illius. scilicet e. z. i. t.

erit vnus. ꝓtinuus ꝛ infinitus Et ꝺt ꝙ nihil differt an ponatur quelibet magnitudo ꝑm se finita vel infinita. dū modo sint numero infinite. sequitur semp ꝙ in tēpore finito scz. k. mouet infinitū cuius ꝓportionalia ꝑm vltima sunt finita vel infinita. vtrūq; eōrū hoꝝ est impossibile. Ex quibꝫ infert ꝙ necē est ꝙ aliqñ stabit ꝛ nō ibit in infinitū si qlibet mouetur ab altero. ꝛ sic erit aliqd ꝑmū motuz qd mouetur a ꝑmo mouente. Et qz aliquis posset dicere ꝙ illa demonstratio nō ꝓcludit simpliciter. sed ꝓcesso quodā falso scz ꝙ oīa mouēcia ꝛ mota ꝓtinuētur. Ad qd respondet ꝙ hoc non impedit. qz licet corpora physica ꝑm spēm accepta ꝓtinuari non possint. tñ bene ꝑm genus mobilis incōtum est mobile. vnde ꝺt ꝙ si ꝓcedat aliquod possibile ꝛ ꝓtingens. cuius falsum sit. tamen ex eo nullū sequitur incōueniens aut impossibile.

Primū aūt mouens nō sicut qd cuius causa. sed vnde est ꝓncipiū motus est simul cū eo qd mouetur Simul aūt dico. qz nihil iꝓꝛ medium est. hoc eī cōmune in oīi qd mouet ꝛ mouente est.

¶ Istud est tercū capm tractatus ꝑmi. in quo ostendit qd in ꝓximo suppositi. videlz ꝙ mouens est simul cuz moto. Diuidit aūt in duas partes. In ꝑma ponit ꝓclusionem intentā in hoc capo. In scōa ꝓbat eam. Quātum ad ꝑmā ꝺt. ꝙ ꝑmū mouens nō qd est finis cuius cā totū fit. sed ꝑmū vnde est ꝓncipiū motus qd est efficiens est simul cū eo quod mouetur. sic ꝙ nihil mediat inter ea. ꝛ hoc ꝓmune est omni mouenti ꝛ moto ꝑm oēm motū in gñe

Quoniā aūt tres sunt motus qui ꝑm locū ꝛ q̄ ꝑm qualitatē. ꝛ qui ꝑm quātitatem necesse est ꝛ ea q̄ mouentur tria esse. qui q̄dem igitur ꝑm locū loci mutatio. qui vero ꝑm qualitatē alteratio. q̄ vero ꝑm quātitatē augmentū vel decrementū.

In hac secūda parte ꝓbat ꝓclusionē intentā. Et duo facit. Primo enumerat oīes spēs motus. Secūdo specialiter ꝓbat in oīi specie motus ꝙ simul sunt mouens ꝛ motū. Quātū ad ꝑmū dicit. qz tres sunt spēs motus. scz motus ꝑm locum. ꝑm qualitatē. ꝛ ꝑm quātitatē. ergo necesse est esse tria genera mobiliū. scz mobile ꝑm locū. mobile ꝑm qualitatē. ꝛ mobile ꝑm quātitatē. Et subdit ꝙ motus ꝑm locū ꝺr loci mutatio. ꝑm qualitatē alteratio. motꝰ vero ꝑm quātitatē ꝺr augmentatio vel diminutio

Primū quidē igit ꝺe loci mutatōe dicamus. Hic eī primus motus est. Oīe igit qd fertur. aut ipm a seipo mouetur. aut ab altero. Si q̄dem igitur a seipo. manifestū ꝙ in ipo mouente existente simul mouens ꝛ qd mouetur erit. ꝛ nullū illius medium. Qd aūt ab alio mouet quadrifarie mouetur Qui eī ab altero motus quattuor sunt pulsio. tractio. vectio. vertigo. Et nāq; oēs alios in hos reduci accidit

Hic ꝓbus specialiter ꝓbat in quolibet motu mouēs et mobile esse simul. Et dicit hoc primo ostendendum in motu locali. ex eo ꝙ primus motuum est. Intendit autez hanc rationem hoc probantem. In omni motu locali motum vel mouetur a principio intrinseco. vel a principio extrinseco. sed in vtroq; mouens est simul cum moto. ergo in omni motu locali mouens est simul cum moto. Dat ſiorem relinquit notam ex sufficienti diuisione. quia omne quod mouetur. mouetur a se vel ab alio. A se sicut quod mouetur ab extrinseco. ab alio sicut quod mouetur ab extrinseco. Dinorem quod ad primā eius partem dicit esse de se notam. Manifestū eī est in motu quo mobile mouetur ab intrinseco ꝙ mouens simul est cum moto. Sed secūdam partem ꝓbat in omnibus speciebus motus violenti. et primo enumerat eas dicēs ꝙ quadrupliciter aliquid mouetur ab alio. hoc est ab extrinseco Quattuor eī sunt species motus qui est ab extrinseco. videlicet pulsio tractio. vectio. ꝛ vertigo. ꝛ si aliquis alius sit ille habet reduci ad aliquem istorum. ꝛ cū in quolibet horum ostensuz fuerit mouens et motum esse simul. tunc habetur ꝓbata minor

Pulsiones quidem alia impulsio. alia expulsio Impulsio quidem est cū mouens ei quod mouet nō deficit. Expulsio cū expellens deficit

Hic ꝓbat in speciali de quolibet motu violento ꝙ mouens est simul cum motu. Et primo de pulsione dicēs ꝙ pulsionis sunt due species. scz impulsio. ꝛ expulsio. Impulsio est quando id quod mouet non deficit ab eo quod ab ipso impellitur seu mouetur. sed corporaliter ei coniungitur per totum spacium ꝛ per totum tempus impulsionis. ꝛ tūc manifestuz est ꝙ in tali motu mouens ꝛ motum sunt simul. Expulsio vero est quādo pellens deficit ab eo quod pellitur. sicut in ꝓiectione lapidis. in qua tamen virtus ꝓiicientis est simul cuz lapide. ꝛ sic ꝑz ꝙ in oīi pulsione mouens ꝛ motū ꝓiūcta sunt sine medio.

Uectio autem in tribꝰ erit motibus. oꝑtet eī quod vehitur non ꝑm se moueꝯ. sed ꝑm accidens. in eo eī quod est in eo quod mouetur aut super id qd mouetur. mouetur ipsum vehens autem mouet aut ꝓpulsum aut tractum aut vertigine ductū. Manifestum igit quoniā vectio in tribꝰ motibꝰ erit.

Hic ꝓbat idem de motu vectionis dicens. ꝙ vectio in ꝓmuni dicta perficitur tribꝰ motibus specialiter dictis quia quod vehitur non mouetur per se aut motu ꝓꝓrio seu naturali. sed mouetur per accidens. mouetur eī hoc quod vehitur. quia illud in quo est vel super quod iacet mouetur. Uehens autē cuius motu mouetur hoc qd vehitur aut mouetur motu pulsionis aut tractionis. aut circūducitur vertigine. Manifestum ergo est ꝙ vectio perficitur tribus motibꝰ. ꝛ quia vehens in quolibet istorum est mouens ꝛ motum est illud quod vehitur. ꝛ inter illa nihil est medium. sic sequitur ꝙ in motu violento vectionis mouens ꝛ motū sunt simul

Tractio autem est cum etiam ad ipsuz vel ad alterum velocior fit motus trahentis non separatus ab eo qui trahitur. Et nanq; ad ipsum est tractio et ad alterum. ꝛ reliqui tractus idez specie in hos reducuntur. vt inspiratio ꝛ expiratio ꝛ spuitio. ꝛ quicunq; corporum emissiui aut receptiui sunt. ꝛ spatesis et karkesis. Aliud est quidem ipoꝝ congregatio. aliud disgregatio Et oīis igit motus q̄ est ꝑm locū aggregatio ꝛ disgregatio est

Hic ꝓbat idē de tractione ostendendo quid sit tractio dicens. ꝙ tractio fit quādo ad ipsum trahentē aut ad aliꝰ terꝫ a trahente velocior fit motus. non separatus ab eo quod trahitur. Ex hoc habetur ꝙ in tractione semper mouens est simul est moto. sez tracto. Et fit dupliciter. scilicz ad trahentem. z ad aliud a trahente. z sic etiā tractio ꝑm illos duos modos sortitur duo nomina quorū vnuz est attractio. z aliud extrusio. Oēs autē alij modi tractionis reducūtur ad istos duos. Et enumerat ꝓbs aliquos licet non sint violenti. tamen propter similitudinē reducū tur ad istas. In anhelitu em̄ inspiratio est ꝑ modū attractionis. z expiratio per modum extrusionis. Etiam habēt cum illis motib⁹ similitudinem motus qui fiunt per modum emissionis vel receptiōis. sic ꝙ emissio est sicut extrusio. z receptio sicut attractio. Similiter est de speculatōne q̄ fit ꝑ modū attractōis. z de radiatione que fit ꝑ moduz extrusionis. Subdit ꝓbs ꝙ oīs motus localis. aut est ꝑ modū ꝯgregatōis. aut ꝑ modū segregatōis. eo ꝙ ē vel ad mouentē vel a mouēte

Vertigo aūt ꝯponitur q̄dē ex tractu z pulsione h̄ q̄dem em̄ pellit mouens. illud aūt attrahit. Manifestū igit̄ est ꝙ si q̄dem simul pellens z trahens cum eo qđ pellitur z trahitur nullū mediuz eius. qđ aūt mouetur z momentis est. hoc aūt manifestū ex diffinitionib⁹ dictis. Pulsio q̄dez em̄ aut a seipo. aut ab alio ad aliud motus est. Tractus aūt ab alio ad ipm aut ad aliud est. Adhuc aūt synesis z diasis disgregatio

Hic ꝓbat idem de vertigine. et in effectu vult illam rōnem assignare. In pulsu z tractu mouens est simul cum moto. sez pulso z tracto. ergo etiā in vertigine mouēs est simul cū motu. Consequentiā ꝓbat. qz vertigo ꝯponitur ex pulsione z tractōne. qz vertigine circūduci dicitur rota in cuius motu semicirculus qui est ex parte mouentis attrahitur. qui aūt ab eo distat expellitur. z sic habet similitudinem cū pulsu. Accedens ꝺr notum esse ex diffinitōib⁹ pulsionis z tractōnis. Est em̄ pulsio a seipso vel ab alio motus ad aliud. Tractio est motus ab alio ad ipm trahentem vel ab ipso trahente ad aliud. Idez patz ex nominib⁹ Pulsio em̄ apud grecos appellatur diasis. Tractio autez vocatur synesis.

Proiectio autē q̄n velocior motus fiat q̄ qui ꝑm naturā lati fortiori facta pulsione. z hoc facto tā diu accidit ferri quousq̄z fortior fit motus eius qđ fertur Manifestū igitur q̄m qđ mouetur z mouēs simul sūt z nullū mediū est ipoz.

Hic remouet dubitatōnem. posset em̄ quis dubitare ꝙ motus proiectiōis qui est spēs pulsionis non sic fit ꝙ mouens sit simul cū motu. Ad quod respondet. ꝙ in motu proiectōnis virtus proiicientis primi est cū proiecto. et quādo nō est illa virtus proiicientis tūc etiā cessat motus et hoc est verū quādo motus proiicientis est contra naturam proiecti. Si autē non est contra naturam proiecti. sicut quādo lapis proiicitur deorsum. tunc non cessat quādo cessat impetus proiicientis. tamen cessat illa velocitas qua velocius moueretur q̄ si non proiiceretur. Et de hoc motu proiectionis dicit ꝓbus ꝙ proiectio fit quando velocior fit motus q̄ habet quando ꝑm suam naturam moueretur. eo ꝙ tūc fit impulsio fortior q̄ sit eius inclinatio ad naturalem motū. Manifestum est ꝙ proximum proiicies est simul cū re ꝓiecta. z sic inter illa nō est mediū

Atuero neqz alterati neqz alterātis nullū mediū hoc aūt manifestū ex inductione. In oīb⁹ em̄ simul esse accidit alterans vltimū z primū quod alteratur. Quale em̄ alteratur in eo ꝙ sensibile. Sensibilia autem sunt quib⁹ differūt corpora ad inuicem. vt grauitas leuitas. duricies mollicies. sonus nō sonus. albedo nigredo: dulcedo amaritudo. humiditas siccitas. raritas densitas. z media horum. Similiter omnia alia que sunt sub sensu. sicut calor frigus. lenitas z asperitas. omnia em̄ illa sunt passiones subiecte qualitati sicut generi. eo ꝙ ꝑ oīa hec naturalia corpora differūt ab inuicem aut aliq̄d horꝫ in eo ꝙ patiūtur magis aut minus aliq̄d horū. sic ꝙ fiunt frigidiora vel calidiora. dulciora aut amariora. aut patiūtur ꝑm aliquod aliud predictorum. Et subdit ꝙ nō solum illis differūt corpora inaiata sed etiā animata ꝑm partes tam aiatas q̄ inanimatas. i. insensibiles. sicut vngues z pili. z in eisdē alterant. Cū g̃ ꝑm oīes illas qualitates nō fit alteratio nisi tāgendo. eo ꝙ. qđ nō tangit non agit. vt ꝺr decimosexto de aialib⁹. ꝓz ꝙ in oīb⁹ alterationib⁹ ꝑm illas q̄litates alterans z alteratū sunt simul

Et ipsi sensus alterantur patiuntur em̄. actio em̄ ipsoz motus est per corpus patiente sensu aliq̄d. ꝑm quecūqz q̄dem igitur inaiata alterant z animata ꝑm oīa hec alterātur. ꝑm autē quecūqz aiata alterātur nō ꝑm hec alterātur inanimata. ꝑm em̄ sensus nō alterantur. Et latet cū alterantur inaiata. Nihil autez prohibet z aiata latere. cū alterātur cuz nō ꝑm sensus accidit qđ est alteratōis ipis. si q̄dē igitur sensibiles passiones. ꝑ hec aūt alteratio.

Hic ostendit idem in alteratione spūali. z ꝑmo ꝑmittit intentū ꝓparando alteratōem spūalem seu intentionalem ad corporalē. Scdo ostendit ꝓpositum. Quātum ad ꝑmū dr. q etiā ipsi sensus alterantur tali mō alteratōnis. qz patiūtur a suis sensibilibꝫ. actio em̄ sensuū fit ꝑ organa corporalia ipo sensu aliqd recipiēte. Deinde subiūgit duas differētias alteratiōis corporalis z spūalis. Prima qz corporalis alteratio est ꝓmunis aiatis z inaiatis. ſz spūalis seu intentionalis ꝙuenit solū aiatis. qz inaiata nō alterant ſm sensum. Scda dr̄ia. alteratio corporalis ꝑt esse sine ꝓphēsiōe. z etiā aiata qnq; alterant sine ꝓphensione. qū ſz alterant corporali z reali alteratiōe siue ꝓphensione sensus. Spūalis vero alteratio non est sine apprehensione. quare sensibiles sunt omnes qualitates passibiles q̄bus tm̄ fit alteratio.

Ex hoc ergo manifestuz est q passio z patiens simul z hoz nullū mediū est. huic qdem igit aer est cōtinuus. Aeri aūt ꝓtinuat corpus z superficies qdēterminatur ad lumen. lumen aūt ad visum. Siliter aūt et auditus z odoratus ad mouens ipius ꝑmuz. Eodem aūt mō simul z gustus z sapor est. Siliter autez z in animatis z in insensibilibꝫ

Hic probat ꝓpositū videlicz q in alteratōne spūali seu intentionali alterās z alteratū sunt simul dicens. q ex hoc qd dictū est patet q patiens qd alterat z passio alterans sunt simul. z nō est mediū inter ea. Quod ꝓbar. qz in alteratōe ſm̄ visuz alterās z alteratū sunt sil. aer em̄ est ꝓtiguꝰ oculo. z aeri ꝓtiguū est corpus coloratū qd imutat visuz et superficies illius corporis terminat ad lumen qd abstrahit colorē z ponit eū in medium visus qd est aer. z ille aer terminat cū lumine ad visum. Siliter se habent auditus et odoratus ad sua obiecta. ergo inter mouens ꝓmū et organū sensus nihil est mediū in sensibꝫ qui sentiunt ꝑ medium extrinsecū. Eodem mō simul sunt gustus z sapor imutans ipm. De tactu relinqt notū. Infert g̃ ꝓpōs q illa immediatio agentis z patientis ſm vnā siūtudinē est in animatis z in inaiatis.

Et quod augetur z augēs. appositio em̄ quedam est augmētū. Quare simul sunt. z qd̄ augetur augēs et decrementū. Decrementi em̄ causa est ablatio. quedam. Manifestū igitur. q mouentis vltimi z moti ꝑmi. nullū est medium inter medium z medium mouentis z eius quod mouetur.

Hic ꝓbat ꝓpōs idem de motu augmentatiōis z diminutōnis dicēs q illud qd̄ augetur z augens sunt simul Probat qz inter illud cui aliqd additur z illud quod additur nō est mediū. sed augens est qd̄ additur. z auctum cui fit additio. ergo inter ea nō est mediū. Siliter se habz in motu decrementi. qz decrementū siue diminutio fit per ablatōem alicuius. sed nihil aufertur ab alio nisi qd̄ fuit sibi ꝙiūctuz Siliter ergo verū est q inter mouēs ꝓmū z motū ꝑmū nullū est mediū

Qm̄ aūt que alterant. alterant omia a sensibilibꝫ et solū hoz alteratio est quecūq; ſm se dicūtur pati ab his. ex his ꝙsiderabimus

Istud est quartuz capm̄ in quo ostendit q ad solas q̄litates tercie spēi est motus. qz hoc supposuit ꝓbando q alterans z alteratū sunt simul. Diuidit aūt in duas ptes In ꝑma ponit intentōem suā. In scda eā exeq̄t. Quātuz ad ꝑmā dr q ꝙsequēter ꝙsiderabimus q omia q̄ alterantur. alterant a sensibilibꝫ. z q solū illa alterant q̄ ſm illas qualitates patiūtur que dicūtur passiones seu passibiles qualitates.

Aliorū em̄ maxime vtiqz quis existimabit in figuris z translationibꝫ z habitudinibꝫ. z hoz remotionibꝫ z acceptōnibꝫ. videl em̄ esse q alteratōis. Non est aūt neqz in his. sed fiūt hec cū qdam alterant. densata aūt aut rarefacta. aut cū fiat calida aut frigida materia. alteratio aūt nō est.

In hac secūda parte exeq̄tur suā intentōez ꝓbando q ad solas qualitates tercie spēi est ꝑ se alteratio. Et vult illam rōnem. ad qualitates ꝑme spēi nō est alteratio. z ad qualitates quarte spēi nō est alteratio. ergo ad solas qualitates tercie spēi est alteratio. z nō inducit nec probat ad qualitates scde spēi nō fit alteratio ꝑ se. eo q hoc denotū est. qz semp ꝙsequūtur substātialia principia rei naturalis potentia z naturalis impotentia. Diuidit g̃ hanc pare ſm hoc in duas particulas. In ꝑma ꝓbat q ad qualitates quarte spēi nō est ꝑ se alteratio. In scda ꝓbat q ad qualitates ꝑme spēi nō est ꝑ se alteratio. Quātū ad ꝑmā dr. q maxime inter alias qualitates videt esse alteratio circa formis z figuris z habitudinibꝫ z dispositiōnibꝫ z eoꝝ acceptionibꝫ in subiecto. z remotionibꝫ a subiecto. z tm̄ illis nō est alteratio. Qd̄ ꝓbat tribꝫ rōnibꝫ. quaꝝ prima sic formal. Quecūq; ꝙsequūtur alteratōem ad illa nō est alteratio ꝑ se. sed forma z figura ꝙsequūtur alteratōnem ergo ad eas nō est alteratio ꝑ se. Maioꝛ nota. qz q̄ fiunt ꝑ generatōem dicūtur ꝙseq̄ alteratōem sicut forme substātiales. z tm̄ ad eas nō est alteratio. Minorē ꝓbat ꝓpōs. rarū z densum variant ſm variatōem materie in calido z frigido. z alteratio materie illius nō est in raro z denso. ſz ꝙsequūtur materiā sic alteratā.

Ex quo quidem em̄ est forma statue nō dicimus formā. neqz ex quo figura pyramidis est aut lecti. sed denoiatiue sunt. hoc qdem eneū. illud vero terreum. aliud aūt ligneū. qd̄ aūt alteratur es dicimus. Es q̄dem em̄ humidū esse dicimus. aut forte aut calidū. z nō solū sic. sed humidū z calidū es eq̄uoce dicentes passio in materiā. Qm̄ igit ex quo qdem forma z figura z qd̄ factū est nō eq̄uoce dicūtur cū figuris que ex illo sunt. q̄ aūt alterant cū passiōibꝫ eq̄uoce dicūt Manifestū q in solis sensibilibꝫ alteratio est.

Hic ponit scdam rōnez que sic formal. Oīe subiectū qd̄ alteratur p̄dicatur de forma ſm quaz alterat si signet ꝙcretiue. sicut accñs habet significari. eo q esse accidentis est esse in subiecto. sed illud in quo est figura seu forma nō ꝓdicatur de forma vel figura. ergo ſm figurā z formaz nō est alteratio. Maiorē ꝓbat. qz dicimus q calidum est es. simili modo dicimus de humido. forti. z duro. z sic de alijs qualitatibꝫ sensibilibꝫ ſm quas est alteratio. In oīmibus em̄ his subiectū p̄dicat de passionez passio etiam de subiecto. licz eq̄uoce. Minorez ꝓbat etiā exemplariter. qz nō dicimus q idolū sit es. z q pyramis sit lapis vel q circulus sit ferrū. aut q lectus sit lignū. sed denoiatiue a materia dicim̄ idolū est ereū. z pyramis est lapidea. circulus

est ferre⁹.z lect⁹ ligne⁹. Et ꝯb⁹ infert quod illud ex q̄ facta est figura nō ꝺr de figura z ecōtra eq̄uoce. q̄ aūt alterant dicunt de illis passionib⁹ z ecōtra eq̄uoce. tūc manifestum est q⁹ in figuris nō est alteratio. sed solum in qualitatibus sensibilibus.

Amplius z aliter dicere incōueniens est. Dicere eſſ̄ hominē alteratū esse. aut domū accipiētem finez ridiculū est. si pfectōem dom⁹ tectionē aut lateratio nē dom⁹ alteratōem esse. Domo aūt laterata aut coperta laterari domū. manifestū aūt est ꝺa qꝺ est alteratōis non est in his que fiunt

¶ Hic ponit tertiā rōnem q̄ sic formaꝝ. Nihil dum pficit alteraꝝ. sed illud qꝺ accipit formā vl̄ figurā pficit. g̃ vt sic non alteraꝝ. z p ꝓns ad formā z figuram nō est alteratio Maiorē declarat in naturalib⁹ z artificialib⁹. qz ridiculū est si dicam⁹ hoiem alteratū. vel domū alteratā q̄n accipit vltimū finē se pficiētem. ideo nō dicim⁹ domū alteratam q̄n est laterata z q̄n tecta aut in debita figura est cōposita. eo q⁹ tūc pfecta est. Et minorē ꝓbat. qz sic in artificialib⁹ figura dat spēm. ita in naturalib⁹ figura ꝓsequta est formis z corporib⁹ naturalib⁹. qz g̃ ꝓcomitaꝝ formā subalem figura in naturalib⁹ ipsa est de pfectōe naturaliū ad min⁹ ad extra. g̃ ꝑm formā z figurā nō est alteratio. manifestū eſſ̄ est q⁹ alteratio nō est de numero coz q̄ fiunt p generatōem cuiusmodi sunt forma z figura

Neq; in habitib⁹. habit⁹ enim ꝓtutes z malicie sunt. ꝓtus aūt omis z malicia adaliq̄d sunt. sicut sanitas ꝺdē calidoz z frigidoz mēsuratio q̄dā est. aut interioz aut ad ꝯtinēs. Silr ār z pulcritudo z macies adaliq̄d sunt. Dispositōes eſſ̄ q̄dā pfecti ad optimū sunt Dico āt pfecti qꝺ sanatū z dispositū est circa naturā. Qm̄ ergo ꝓtutes z malicie sunt adaliq̄d hec aūt neq; gnatōes sunt neq; gnatio ipoz. neq; alteratio omnino manifestū est q⁹ nō est omino qꝺ est alteratōis circa habitum

¶ In hac secūda pticula ꝓbat q⁹ ad p̄mam spēm non sit alteratio. videlz ad habituz z dispositōem que sunt vna res. lz ratione differāt. Et quia duplices sunt habit⁹. scz corporis z anime. ideo hec particula diuiditur in duo mēbra In ptimo ostendit q⁹ ad habit⁹ corporales non sit alteratio In secundo. q⁹ ad habit⁹ anime non sit alteratio Quātum ad p̄mum ponit istā rōnem In adaliq̄d nec est generatio nec alteratio. sed habit⁹ seu virtutes corporales z malicie sunt adaliquid. ergo ꝑm illa nec est generatio nec alteratio Maior patz quinto physicoz. Minorē probat. quia sanitas que est habitus corporis ꝓsistit in habitudine aliquoz adinuicem. consistit eſſ̄ in debita cōmensuratōe calidoz frigidoz humidoz z siccorum. z in debita habitudine membroz interioz. z in debita ꝓmensuratōe ad ꝯtinentem aerem Simil⁹ pulcritudo z macies sunt adaliq̄d. omnes eſſ̄ tales corporis ꝓtutes sunt z dicunt dispositōes animaliū pfectoz non absolute sed relate ad optimū statuz naturalē alicuiꝰ animalis in quo in summo sunt omnia sua naturalia ꝑm spēm illi⁹ aialis Est eſſ̄ aliq̄ ratio sanitatis hois ad quā omis alia sanitas ꝓparaꝝ. z ꝺr maior vel minor ꝑm accessum z recessuz ab illa. ꝺr eſſ̄ animal pfectū quod optime sanatū z optime dispositū ē ꝑm naturā illi⁹ spēi z talis climatis. Quonia aūt sic iam pz tales ꝓtutes z p ꝓsequēs etiam malicie corpoz sunt adaliq̄d z in adaliq̄d. neq; gnatōes sunt neq; alteratōnes. eo q⁹ talium per se neq; fit generatio neq; alteratio.

Neq; itaq; circa anime ꝓtutes z malicias. ꝓtus eſſ̄ q̄dem pfectio est. vnumqꝺq; eſſ̄ tūc maxime perfectum est. cum attingit ꝓpriē ꝓtuti. z tunc est maxime ꝑm naturā. vt circulus tūc maxime ꝑm naturam est cum maxime circulus sit. Malicia autem corruptio horū z remotio est

¶ In hoc secundo membro ostēdit q⁹ ad habitus anime non est alteratio p se. Et duo facit ꝑm q⁹ duplices sunt habitus anime Primo de habitib⁹ q̄ sunt in pte appetitiua. Secūdo de his q̄ sunt in pte intellectiua ibi Primuz ꝓbat duab⁹ rōnib⁹ Quaz p̄ma est hec. Nihil p se alteraꝝ in hoc q⁹ acq̄rit suā ꝓpriā pfectōem. sed habit⁹ q̄ est in pte appetitiua. videlz ꝓtus moralis est ꝓpria pfectio illi⁹ cui⁹ est ille habit⁹ seu ꝓtus. g̃ ad ꝓtutem moralē non est p se alteratio Maiorē Aristo. relinq̄t notā. sed Albꝛ. ꝓbat eam sic. q⁹ ois pfectio indiuisibilis est z acq̄riꝝ in indiuisibili rpis. sed alteratio z alij mot⁹ nō sunt nisi ad diuisibile z in rpe diuisibili. g̃ alteratio nō est p se ad pfectiōem rei. Minorē ꝓbat pb⁹. qz vnumqꝺq; tūc maxime est z tūc maxime est pfectū. z maxime est ꝑm naturā q̄n attingit id qꝺ est ꝓpriē ꝓtutis pfectio. qꝺ ostendit a simili de circulo. qz circul⁹ tunc maxime pfectus est q̄n attingit ꝓpriam z pfectam rōnem z ꝓtutez circuli. Et subdit q⁹ si circa ꝓtutem nō est alteratio tūc nec est circa maliciā ꝓtuti oppositā. qz malicia non est qualitas positiua. sed corruptio z remotio virtutis

Fit q̄dem igiꝝ cum q̄ddam alteraꝝ z acceptio virtutis z remotio malicie. alteratio tamē hoz neutruz est. q⁹ aūt alteret aliq̄d manifestū est ꝓtus q̄dem eſſ̄ aut impassibilitas q̄dam est aut passibile sic est. malicia aūt passibile aut ꝯtraria passio ꝓtuti est. Et totam moralē ꝓtutem in voluptatib⁹ z tristicijs accidit esse Aut eſſ̄ ꝑm actū q̄dem voluptatis aut p memoriā aut a spe. Si q̄dem igiꝝ ꝑm actū sensus ē causa Si ꝯo p memoriā aut p spem ab ipo est. aut eſſ̄ qualia passi sumus reminiscētib⁹ voluptatis. aut q̄lia patiemur sperantib⁹

¶ Hic ponit secundā rationem Et est hec. Ad illa non est p se alteratio que ꝓcomitantur alteratōem factā. sed virtus z malicia ꝓcomitaꝝ alteratōem. ergo non est alteratio p se ad ꝓtutem z maliciā. Maior est nota Minorē ꝓbat pb⁹ dupliciter. ꝑmo. quia virtus est impassibilitas q̄dam. aut passibilitas sic. id est hoc modo quo ꝓuenit. scz quādo oportet. z vbi oportet. z q̄ uo oportet. z q̄liter. z qua de causa. z q̄tum Et hoc declarās Albꝛ. ꝺr huius cām. qz si aliq⁹ abstraxerit se a passionib⁹ delectabilū q̄ sunt z fiūt in sensu. tūc vel vincit illas passiones p passionē eis ꝯtrariā tūc est impassibilis nō simplr sed sic aut sic id est hoc mō quo passiones sunt in vicijs Si aūt vicerit sic q⁹ nō seq̄ꝝ passiones q̄ sunt in sensu tūc est impassibilitas. neutrum aūt horum fit sine passione ꝑus exprta q̄re virtuosus non est sine passione. z p ꝓsequens virtus hoc

modo non fit sine alteratõe. sed semp est finis alteratõis p hoc q̃ est finis passionis. z sic exponit Albert⁹. Alij tamen ꝯmuniter dicũt q̃ Aristo. p hoc q̃ dicit ꝑtus est im passibilitas q̃dam aut passibile sic est. dicũt q̃ ꝑtus impassibilis est ꝑm stoicos. sed ꝑm peripateticos non est sine passione sed moderatrix passionis. z tũc adhuc ꝓbat vt dem̃ est. Et idem ꝓbat de malicia. qz malicia aut est passibilis eo q̃ passioni nõ resistit. aut est aliq̃ passio contraria ꝑtuti. qz vt Alber. dicit. ꝑtus seq̃tur laudabiles passiones. malicia aũt vituperabiles z est eis ꝯuncta p accidens. Secũdo ꝓbat p hõ minorẽ. sez q̃ virtus ꝓsequitur alteratõem. qz morale ꝑtutem accidit esse in voluptatib⁹ z tristitijs. qz est circa eas sicut circa obiectũ Voluptas aũt z tristicia passiones sunt q̃ fiunt a sensu. z hoc triplr. vel est ꝑm ꝓsens tem⁹ ab actu sensus sic est voluptas ꝓsens. vl̃ est ꝑm ꝓteritũ tũc est reminiscẽtia. eo q̃ reminiscimur similiũ qualia passi sumus in ꝓterito. vel est ꝑm futurum. quia speramus talia pati ꝑm voluptatẽ q̃lia audiuimus vel expti sumus.

Attuero neqz in intellectiua parte anime est alteratio. Sciens em̃ adaliq̃d maxime dicit̃. hoc autez manifestũ. Scõm em̃ nullã potentiã in mouentib⁹ factũ est quod est sciẽtie. sed cum extiterit q̃ddaz Ex ea em̃ que est ꝑm ptem experiẽtia accipim⁹ vniuersa sem̃ sciam. Neqz igit̃ actus generatio ẽ nisi aliqs rectõem z tactũ gñatões dicat ꝯmõi em̃ actus.

¶ Hic ostẽdit ꝓbus q̃ non est alteratio p se ad habit⁹ intellectuales anime. z hoc duabꝫ rõnib⁹ Quaꝝ ꝓma ẽ Ad illa q̃ sunt adaliq̃d nõ est p se mot⁹. sed habit⁹ intellectuales sunt adaliq̃d. q̃ ad ipos nõ est alteratio. Maior ꝑ q̃nto phȳsicoꝝ Minorẽ ꝓbat. quia sciens ꝑm scientiam quã accipit ꝺz adaliq̃d. qz ls scia sit q̃litas ꝑm q̃ cõparat̃ ad suum subiectũ. sez ad aiam quam denoiat sciẽtem vel ꝓudẽtem. tñ si ꝓsideret ꝑm se vel ꝑm suam gñatõem qua gñatur in anima maxime ꝺz adaliq̃d. Quod sic manifestat. qz illud scie qꝺ est in anima nõ est factum ꝑm aliquã potẽtiam mouẽtiũ vel agẽtiũ q̃ transmutẽt intellectũ de esse ꝑm vnam formã ad esse aliud ꝑm aliã formam quẽadmodũ fit in omni gñatõe z alteratiõe. sed potius intellect⁹ q̃ est ꝑm vl̃em sciam (eo q̃ rõnes vlium inq̃rit) fit in nobis ex cognitõe expimentali ꝑticulariũ. quare scia q̃ ꝑm actũ accipit̃ nõ est gñatio q̃dam rei gñate ꝓponam mouentiũ. nisi forte aliqs improꝓe loq̃ns dicat recursiones sensibiliũ ad sensus. sicut visibiliũ ad visum z tangibiliũ ad tactũ esse q̃dam gñatones formaꝝ. ꝯmõi em̃ act⁹ est scientia seu forma vniuersalis.

Que aũt ex ꝓncipio acceptio sciẽtie nõ est generatio neqz alteratio In residẽtia q̃etari em̃ z anima sciens fit z ꝓudẽs. Sicut igit̃ neqz cum dormiens excitet aliqs. aut ebrius pauset. aut infirmãs ordinatur fact⁹ est sciens q̃uis ꝑus nõ poterat vti z ꝑm scientiã agere. sed mutata ꝑturbatõne z in statum reueniente mẽte inerat potẽtia ad sciẽtie ꝯgruitatem. Huius igitur aliq̃d fit ex ꝓncipio in sciẽtie existentia. Turbationis em̃ quies q̃dam z residentia. Neqz igitur infantes possunt addiscere neqz iudicare sensibus. similiter neqz senioribꝫ. Multa em̃ ꝑturbatio circa eos z motus. stat aũt z pulsatur turbatio aliquãdo quidem a natura. aliquando autez ab alijs. In vtrisqz aũt his alterari aliqñ accidit sicut cum surgat z fiat vigilans ad actũ. Manifestũ igitur q̃ ipsum genus alteratõnis in sensibilib⁹ est z insensibili ꝓte aie. in alio aũt nullo nisi ꝑm accidẽs

¶ Hic ponit secãm rõem. z ꝑt sic formari Ad id quod fit p quietem z impedit̃ p motuz nõ est p se alteratio nec alius motus. sed scia z alij habit⁹ intellectuales fiunt in anima p q̃etem z impediunt̃ p motum. q̃ ad illos nõ est p se alteratio Maior est nota. Minorẽ ꝓbat. quia anima fit sciens z ꝓudens in hoc q̃ q̃escit z residet in actib⁹ q̃ ꝑus turbati fuerunt. quod sic ꝓbat. Eodem modo fit in nobis scia a ꝓncipio quo habens sciẽtiam potest vti sciẽtia. sed habens sciẽtiã vti non potest sit sit in motu. sed impedit̃ p motum. z p quietem illorum motuum acquirit vsum. ergo etiam sciẽtia a ꝓncipio acquiritur p quietem. z impedit̃ per motum. Minorem declarat. qa sicut dormiens quãdo surgit. vel ebrius post digestõem vini. aut infirm⁹ si ordinet̃ in capite non est factus sciẽs p alteratõem. ita nec ille q̃ accepit sciẽtiam a ꝓncipio nõ est alterat⁹ in intellectu ab aliquo mouẽte. Ebrius em̃ vel dormiens vel infirmus non poterat vti scientia ꝑm actũ z sine mutatõe facta in intellectu. sed solum mutatõe facta in corꝑe p quam corp⁹ venit in statum ordinatũ ꝑt vti scia. qz tũc inest ei poña vrẽdi ꝑm q̃ ꝯgruũ est Et huius aliq̃d fit etiã in existẽtia scie q̃ñ accipit̃ a ꝓncipio. qa ꝺes turbatõis in corꝑe est q̃dam restauratio intellectus vt resultare possint in ipo q̃ añ non resultabãt Et hoc declarat in infantib⁹. qz infantes nõ ꝑnt addiscere in etate infantili. z etiã cum iam incipiũt iudicare ꝓmo de rebus tũc non ꝑnt iudicare. similr̃ ipis sentoribꝫ in q̃b⁹ iam ꝺes facta est. hoc aũt est ꝓter multas turbatõnes z motus qui sunt circa pueros. Quando aũt hec turbatio stat et pellit̃ tunc in eis fit status comꝓhensionũ ex multis quã doq̃ a natura. aliquãdo ab alijs causis. Ex quo habet̃ q̃ in vtrisqz videlz in adultis. ebrijs vel infirmis vel luxuriosis ꝛc̃. z in pueris accidit intellect⁹ facta quadam alteratõe in corꝑe. sicut accidit in dormiente dum surgit z fit vigilans ad actum Ex quibus omnibus concludit ꝑus q̃ illud quod vere alteratõis est. in corꝑibꝫ est q̃ sunt sensibiliũ qualitatib⁹ distincta. z est etiã in sensibili parte anime exteriori z interiori z in nullo alio nisi ꝑm accidẽs ¶ Circa hũc tractatũ expositus mouetur questio ꝓma.

Utrum omne quod mouet̃ habeat motorẽ ab eo distinctũ. sitq̃ deuenire ad motorẽ ꝓmũ Et arguit̃ cõtra ꝓmũ. qz aliꝰ mouet̃ a seipo. q̃ nõ hz motorem ab ipo distinctũ. Cõsequntia est nota ex hoc q̃ idem non distinguit̃ a seipo Añs est phi octauo phȳsicoꝝ Secũdo sic Aqua calefacta mouet̃ a seipo ad frigiditatẽ. q̃ nõ omne quod mouet̃. mouet̃ ab alio. Añs ꝓbat̃. qz si ab alio reducerẽt ad frigiditatẽ maxime ab aere circũdante. eo q̃ solum ille tangit aquã. sed hoc nõ. qz aer ipse minus frigidus est aqua. sed actio fit a ꝓportõe maioris inequalitatis Tercio sic. Graue sursum existẽs mouet seipm deorsum. q̃ nõ mouet̃ ab alio. Quarto sic. Aristote. cõtra phȳsicoꝝ dt̃ q̃ contingit aliq̃d triplr̃ moueri. scilz p se ꝑm ꝓtem z p accũs. sed qꝺ alicui ꝓuenit p se nõ ꝓuenit sibi

gratia alteri⁹.g tale non hz motorē aliū a se. Quinto sic z est ꝓtra scōm q̄situ Omne mouēs phȳsicū mouetur sed oīe qđ mouet mouet ab alio.g nō ē deuenire ad mouens ꝑmū Maior est p̄bi scđo z tercio phȳsicoꝝ. Minor est p̄bi in ꝓncipio hui⁹ septimi libri Sexto sic. In gn̄ationib⁹ z corruptōib⁹ est ꝓcessus in infinitū.g in mouentib⁹ z mobilib⁹ est ꝓcessus in ītinitū. Añs est p̄bi in libris de gn̄atōe z corruptōe. Cōsequntia ꝓbat.qz gn̄atum oīe ab alio gn̄atur z illud itez ab alio z sic in ītinitum ꝑm infinitas gn̄atōes. ¶ In oppositū vtriusq; est p̄bus in textu. ꝓ respōsione ponit ista

Maior: Nihil idem ꝑm idem est simul in actu z in potentia Minor Omne mouēs vt huiusmodi est in actu.mobile vero in potētia Cōclusio Igitur aliq̄d moueri a seipso p se ꝑmo est īpossibile

¶ Maior est nota ex rōne actus z potentie nono metaphȳsice ¶ Secūda ꝓpositio z minor est Aristotelis tercio phȳsicoꝝ ¶ Cōclusio sequtur ex p̄missis.z ꝓbatur p p̄hum in textu tali rōne Nihil mouetur a seipso per se ꝑmo quod q̄scit ad q̄rem alterius z p hoc q mot⁹ re⁹ mouet ab aliquo alio a se.omne aūt quod mouet q̄scit ad q̄rem sue ptis.igit nihil mouet a se p se ꝑmo. Maior nota.quia posita causa ponit effectus.z destructa causa destruit effectus.z ideo si aliq̄d est sibi causa mot⁹ semp mouet cōdiu est z non stat ad statum alterius si sit causa p se motus de qua est ad ꝓpositū. Dicit aūt in ꝓclusione p se ꝑmo.quia nō est inconuenīs idem moueri a seipso gratia ptis sicut aīal mouet seip̄m.quia diuidit in ptem mouētem z in ptem motam.z gratia vni⁹ ptis mouet.z gratia alteri⁹ mouet z sic in octauo phȳsicoꝝ aīal dr mouere seip̄m.sed quod toti ꝓuenit ꝑm seip̄m nō ꝓuenit sibi gratia ptis Est em̄ alia rō totius.alia ptis.ideo motus q̄ est alicui⁹ toti⁹ p se nō ꝓuenit sibi gratia ptis.ideo aīal nō mouet a se p se ꝑmo.sed ab alio.qz a pte z p ꝓsequens nihil mouet a se p se ꝑmo Secūdi discursus

Maior Motum infinitū esse in tempe finito est impossibile Minor Hoc tñ accideret. si nullum primuz mouēs esset Conclusio Est igit necessariū.in mouentib⁹ z mobilibus non ꝓcedere in infinitum.

¶ Prima ꝓpositio est p̄bi sexto phȳsicoꝝ. ¶ Secūda ꝓpositio ꝓbata est in textu Sed diceret aliq̄s ꝓtra demonstratōem p̄bi in textu positā q ꝓcedit ex vno impossibili z supponit ipsum possibile. ꝓbatur.quia supponit q omnia mobilia nata sint ꝓtinuari quod est falsum z impossibile.qz corruptibile z incorruptibile non possunt cōtinuari.qz sic incorruptibile soluerez a statu sue incorruptionis z p ꝓsequens corpa celestia neq̄unt ꝓtinuari mobilib⁹ elementarib⁹ Ad q̄d dōm est q in syllogismo ex hypothesi non ꝓcedit tm̄ ex suppositis veris sed etiaz falsis.non tamē impossibilib⁹.sic in ꝓposito licz corruptibile z incorruptibile neq̄ant ꝓtinuari.tamē hoc nō repugnat q̄tati ꝓtinue coꝝ sed ꝑm q huiusmodi sunt.sicut licz repugnet stulto in eo q stultus est q sit sapiens.nō tamē repugnat ei vt est homo Est ergo possibile omnia corpora ꝓtinuari loq̄ndo de possibilitate gn̄is corporei z ꝓtinui corpoꝝ mobiliū cum p̄cisione differētiaꝝ specificantium naturas eoꝝ.quia omne ꝓtinuū ex parte materie sue natum est alteri etiam materialiter accepto copulari ꝓpter hoc q dimensiones ꝓtinuitatis materialis sunt indeterminate.vt dr ꝓmentator.vnde fit q appetūt determinari hoc aūt fit p copulatōem z vnionem eoꝝ adinuicē sub actu alicui⁹ forme terminātis eas Preterea Quorum cunq; localiter ꝓtiguoꝝ possunt vltima cū sint simul vnita abiq; p̄iudicio gn̄is corporei vel etiaz q̄titatis ꝓtinuetalib⁹ cōmunis.ergo hoc posito in actu lz sequat falsum non tamē impossibile. ¶ Cōclusio sequtur ex p̄missis quia vbi deuenit ad aliquod ꝑmum nō ꝓcedit in infinitum.eo q infinitū nec habet ꝑmū nec vltimū.sed iuxta dicta in textu z in secūda ꝓpōne p̄missa deuenit in mouentibus z mobilib⁹ ad aliqđ ꝑmum.g necessariū est in ipsis nō ꝓcedere in infinitum

Ad rōnes Ante oppositū Ad ꝑmā patz solō ex declaratōe ꝓclusionis p̄mi discursus Sed ꝓtra.Si aīal non moueret p se z gratia sui. tūc moueret p accīs.sed hoc est falsum.qz accidēs est extrinsecū ei cui⁹ est accidēs.sed aīal mouet a motore nō extrinseco.sed intrinseco.Seqla ꝓbat.quia inter p se z per accīs nō est medium Solō ad hoc est q aliq̄d dr moueri p accīs dupl̄r. Uno mō pure p accidēs z ꝓpric.z tale mouet ab aliq̄ sibi extrinseco z sic opponit p accidēs ei qđ est p se in cōmuni ,put extēdit se ad p se ꝑmo z p se scđo. sicut risibile dr ꝓuenire homini p se ꝑmo.sed aīali aut sorti dr ꝓuenire p se scđo. Alio mō accipit p accidēs ꝑmuniter ꝑ omni eo quod nō ꝓuenit alicui p se ꝑmo z gratia sui.z sic p accidēs extēdit se ad hoc p accīs ꝓpric dem̄ z ad hoc quod ꝓuenit alicui p alteꝝ.non tamē sibi extrī secum sed aliquid eius.z sic semper nihil medium inter p se z p accidens.Si aūt vtrumq; accipiat ꝓpric.scz p se ꝓ eo qđ est p se ꝑmo. z p accīs ꝑ eo quod est intrinsecum z accītale.z sic inter ea mediat hoc qđ est ꝑm alteꝝ aut gn̄a ptis.ex q̄ ptz q aīal mouet a se p se scđo.aut ꝑm alterū seu gn̄a ptis. Ad scđam dōm est.q aqua calida reducit seip̄am a caliditate ad frigiditatē quam habet in habitu.z etiā remotio corpis calidi est causa p accīs illi⁹ motus.sicut absentia naute est causa p accīs periclitationis nauis. Nec oportet q reducat ad frigiditatē a corpe ip̄am circūdante.lz illud q̄nq; p accīs coadiuuet. Ad terciū dōm.q graue sursum existēs mouet p accīs a remouēte detinēs ip̄um sursum z inclinatiue p se a sua gravitate.z sic mouet ꝑm alteꝝ z non p se. Ad quartā dicendū.q lz aliq̄ mobile moueat p se ꝑmo.qz sibi ꝑm se totum ꝓuenit formal̄r motus.tamē sic non mouet a seipso p se ꝑmo.z sic est bene p se subiectū motus.sed nō efficiens p se ꝑmo sui motus Ad q̄ntam dōm.lz omne mouēs phȳsicū moueat z p ꝓns ab alio.nō tñ ꝓpter hoc sequtur q ꝓcedat in infinitū in mouētib⁹ z mobilib⁹.qz dat vnū ꝑmū mouēs motum qđ nō mouet a se p se ꝑmo.sz mouet a se ꝑm alterum z illud alteꝝ est mouēs immobile z non mouet.eo q non est corp⁹.z sic nō est phȳsicū mouēs.quia nō ꝓuenit in materia cum suo moto.quo tñ nō obstante ipsum est phȳsice cōsideratōis ,put refert ad motum de quo lat⁹ dicet in octauo libro. Ad sextā dōm q gn̄atōes z corruptōes nō sunt infinite nisi p̄ successionē plurīū indiuiduoꝝ q̄re in eis est bene infinitas successionis z non ꝑm actū. Vel dōm.q in mouentib⁹ z mobilibus essential̄r subordinatis non est ꝓcedere in infinitum tamen hoc ꝓtingit in accidentaliter subordinatis cuiusmodi sunt generans z genitum. Unde illa dicunt essential̄r subordinata que sic se habent q secūdum dependet

a ꝑmo in fieri. in facto esse ⁊ in ꝓseruari sicut inferiora dependẽt a corporibꝫ superioribꝫ. Sed accñtal᷑r subordinata dicunt᷑ illa q̃ sic se habent q̃ secũm dependet a ꝑmo in fieri ꝫ non in facto esse nec ꝓseruari. ⁊ hoc mõ genitũ dependet a generãte Sed ꝓtra. Dicit Alb᷑. in ꝓmẽto capl̃o secũdo. q̃ visus est auerroi aries q̃ abciso capite sepi⁹ ãbulauit huc ⁊ tũ ꝑmũ mouẽs est in capite Sil᷑ ꝺr q̃ ꝺdam de socijs suis amputauit caput paruo alali gõ vocaꝯ cicada cantans in campis ⁊ postea fere ꝑ spaciũ dimidiꝫ miliaris mouebaꝯ in manu ⁊ cantabat vt pus. g̃ non oꝓtet q̃ sit simul motus ꝑmi mouẽtis ⁊ secũdi. Solꝺ Alb᷑. q̃ motus mouẽtiũ se essential᷑r sunt simul tempe necessario. nõ tamẽ q̃etes necessario sunt simul quod ignorãs Galien⁹ ꝓtradixit Aristo. cui⁹ errorẽ Alb᷑. reprobat capl̃o secundo. tractat⁹ ꝑmi sui ꝓmenti. q̃ virtus influxa secundo mouenti potest manere cum iam ḋficit ꝑmũ mouẽs. ꝑut declarat in loco allegato ¶ Questio secũda

Utrũ ꝓueniẽs sit Aristotelis ꝺductio ostẽdẽs in omnibꝫ mouẽs esse simul cum moto Et arguiꝯ q̃ nõ. q̃ hoc nõ ostẽdit Aristotelis deductio in motu gñationis nec corruptõis. g̃ nõ est eius deductio ꝓueniẽs. Secũdo sic. Finis mouet efficiẽtẽ cãm ⁊ tamẽ non est simul cũ efficiente. g̃ non est in omnibꝫ mouẽs simul cum motu. Prima ps añcedentis ẽ pb̃i secũdo physicoꝝ. ⁊ secũda pars est nota. quia finis sequꝫ operatiõem efficientis Tercio sic. Sol calefacit terrã ⁊ tamẽ nõ est simul cum terra. Sil᷑r ignis calefacit distantẽ ab igne. g̃ in motu alteratiõis non est simul alterãs cum alterato Quarto Sensibile mouet sensum ⁊ tamẽ nõ est simul cum sensu. q̃ ꝺr secũdo de anima q̃ sensibile positũ supra sensum non facit sensatiõem Quinto sic Contristãs mouet ꝓtristatum ⁊ tñ distat sepe ꝑ magnã distãtiam Sexto sic Nutriẽs tum augẽs mouet omnia mẽbra aucti ⁊ tñ non est simul cũ ipis eo q̃ ẽ in stomacho dumtaxat Septimo sic. Magnes trahit ad se ferꝝ quod in magna est distãtia a magnete. g̃ in motu locali mouẽs est semꝑ cum moto Et ꝓfirmaꝯ de motu ꝓiectiõis. vbi ꝓiciens non est simul cũ ꝓiecto. quia in motu expulsiõis deficit expellẽs ab expulso. vt ꝺr in textu ¶ In oppositũ tamen est pb̃us in littera Pro responsione ponit᷑

Maior Motus a mouẽte exerit᷑. ⁊ in mobile recipit᷑ Minor Ipse aũt est immediate a mouente ⁊ in mobili est subiectiue Conclusio Igit᷑ omne mouẽs ꝓmũ ⁊ mobile. oꝓtet necessario simul esse.

¶ Prima ꝓpositio patet tercio physicoꝝ ¶ Secunda ꝓpositio ꝓbatur. quo ad ꝑmam ꝑtem. q̃ omnis actio est ab agente. sed motꝰ ꝓut exerit᷑ a mouẽte est actio. g̃ motus est immediate a mouẽte. quẽadmodũ ꝺr passio ꝓut in mobile recipit᷑ ⁊ ꝓut est forma fluẽs ꝺr motꝰ vt ꝺcm̃ ẽ ad lõgum tercio physicoꝝ. Secũda ps ꝓbat᷑. q̃ motꝰ ẽ subiectiue in eo q̃ ꝺnoiat. sed motꝰ denoiat mobile. g̃ ẽ subiectiue in mobili ¶ Cõclusio sequit᷑ ex p̃missis. ḋa ex quo motꝰ exerit᷑ a mouẽte tanq̃ a causa ꝓxima agẽre et recipit᷑ in mobile sicut in subiecto neꝯe est q̃ mouẽs tãgat mobile. sed q̃ se tangunt sunt simul ꝑm sua vltima. Dicitur aũt notãter mouẽs ꝓximũ. q̃ ꝑmũ mouẽs nõ est simul semꝑ cum vltimo moto.

Maior Omnis motꝰ est naturalis ⁊ violentꝰ qui in quattuor species ꝓsequẽter est subdiuisus.

Minor In alteratiõe ꝓximũ alterans simul est cum alterato. ⁊ similiter augẽs cum aucto Cõclusio Igitur sufficiens est Aristotelis ꝺductio. ostendens mouẽs simul esse cum moto

¶ Prima ꝓpositio patz q̃ ad ꝑmã ꝑtem. q̃ oñis motꝰ vel est a ꝓncipio intrinseco vel extrinseco. Si ꝑmũ sic est naturalis. q̃ natura est ꝓncipium motus eius in quo est Si secũdum sic est motꝰ violẽtus. q̃ violẽtum est cuius ꝓncipium est extra. Sed diceres grauia ⁊ leuia mouẽt natural᷑r ad sua loca. ⁊ tñ a ꝓncipio extrinseco. q̃ a gñante vt ꝺr octauo physicoꝝ Solꝺ. ꝫ ꝓncipiũ effectiuũ motus grauiũ ⁊ leuiũ sit extra. tñ ꝓncipiũ inclinatiuũ ad illuꝫ motũ est intra. vt sunt grauitas ⁊ leuitas Et g̃ ꝺr violentum quod est a ꝓncipio extrinseco nõ ꝓferente vim passo quia passum seu mobile in motu violento nõ habet naturalem inclinatiõem ad motum ꝑm quem mouet ipm̃ violentiam sibi inferens Etiam accipit᷑ ibi naturale ꝓmuniter. ꝓut compꝫhendit sub se motum animalẽ ⁊ non ꝓprie quia sic octauo physicoꝝ ꝓdistinguunt᷑ motus naturalis ⁊ animalis Secũda ps ꝓbatur. q̃ violentia ꝓprietatur in motu locali sicut dcm̃ est in q̃nto physicoꝝ. q̃ in eo mouẽs ꝑt esse oñino extrinsecũ mobili. vel ergo talis motꝰ est ꝑ se. vel ꝑ accidẽs. si ꝑ accidẽs. sic est motꝰ vectionis q̃ alijs tribꝫ ꝓiungit᷑ vt dcm̃ est. Si vero est motꝰ ꝑ se. hoc est duplic᷑. Vel est simplex. vel ꝓpositus. si ꝓpositꝰ sic est motꝰ vertiginis. q̃ ꝓponit᷑ ex pulsu ⁊ tractu. sic cũ rota volui᷑ ipa ꝑ vnum semicirculũ attrahit᷑ ⁊ ꝑ alũ expellit᷑. Si sit simplex. hoc est duplic᷑. vel est a mouẽte. ⁊ sic est pulsio. vel ad mouẽtem. ⁊ sic est tractio. Sed cõtra motus pulsionis est a natura. g̃ nõ est spẽs motus violenti Añs ꝓbat᷑. quia antiparistheseis pellit sicut apparet in motu ventoꝝ ⁊ aliaꝝ impssionũ a regione frigoze repulsarum. Similiter anima vritur virtute expulsiua in actu nutritionis ⁊ generatiõis. Preterea patz idem de tractione. quia natura loci trahit locatum. ⁊ ignis trahit sursum materiã in quam agit ⁊ virtus nutritiua trahit alimẽtum ad singula membra ⁊c. Solutio ꝑ hoc tenẽ. ꝑbatur q̃ motus violenti ꝑm similitudinẽ suarum differẽtiaꝝ reperiunt᷑ in natura. nõ tñ vere ⁊ essential᷑r. Nec obstat q̃ diuersoꝝ gñeꝝ sunt diuerse differentie equiuoce. constat aũt q̃ virtus mouendi nature anime ⁊ violentie ꝙcq̃ uocatur de quo latius dicetur in octauo libro ¶ Secũda ꝓpositio est phi in textu. vbi dcm̃ est. q̃ alteratio fit ꝑm passionẽ ⁊ passibilẽ qualitatẽ. q̃ ꝑm qualitates illas q̃ sunt passiones ⁊ passibiles qualitates distinguunt᷑ corpa sensibilia ⁊ inter se agũt ⁊ patiunt᷑. Unde dcm̃ est q̃ iste passiones possunt dupl᷑ ꝙsiderari. Uno mõ ꝑm esse reale quod habent in materia. ⁊ hoc mõ fit alteratio realis ⁊ physica ꝑm eas. Alio modo considerantur ꝑm esse intentionale quo diffundunt᷑ per medium vsq̃ ad sensum. ⁊ hoc modo solum patiunt᷑ ab eis animalia ꝑm potentias sensitiuas. de prima non est dubium quin alterans sit simul cum alterato. q̃ alteratum est patiẽs. ⁊ alterans agẽs. sed quod nõ tãgit nõ agit. ⁊ si se tangãt tũc habent vltima simul. vt dicitur quinto physicoꝝ. ⁊ intelligitur de agente proximo. Sed de alteratione que fit penes esse abstractum a materia ⁊ intentionale (quẽadmodum sensibilia alterant sensum) est difficultas. an sic alterans sit simul cum alterato ꝓpter hoc quod dicitur secundo de anima. sensibile positum super sensum nõ facit sensationem. quo tñ non obstãte etiã in tali alteratiõe

alterans proximū est simul cū alterato.eo q̄ spēs sensibilis recipitur in medio.qđ mediū specie sensibili alteratuz ꝓsequenter alterat sensum. sicut p̄hus in textu inductiue ostendit in sensibilibꝫ sensuū exteriorū. Scđa pars minoris patz etiā in textu.qz augmentū fit p appositiōem alicuius quāti.quod in substātiā conuertitur.z sic augens simul est cū eo qđ augetur.sed decrementū fit quādo aliquid aufertur.sed nihil potest ab aliquo auferri nisi quod est cum ipso ¶ Conclusio patz. qz Aristoteles deducit omne mouens esse simul cū motu in tribꝫ spēbꝫ motus que vere motus sunt.scz in motu ſm vbi.qui dr motus localis. et in motu ſm qualitatem qui dr alteratio.z in motu qui est ſm quātitatē qui dr augmentatio vel diminutio Inducēdo hoc in motu locali diuidit ipm in naturalē z violentū relinquens motum de motu naturali q̄ mouens z motū sunt simul.eo q̄ mouens est intrinsecū ipsi moto. Deducit hoc etiā in quattuor spēbꝫ motus violenti.z in q̄busdam motibꝫ aliis cū ipis violentis quādā silitudinem habētibꝫ in motu pulsionis quo ad eius spēm que est impulsio. probat p definitōem. Et de expulsione siliter patz in qnalicet ꝑmū mouens nō sit simul cū moto. tū proximus mouens quod est virtus ꝑmi mouentis est cuz moto. Et in motu silr ꝓbat p definitōez ꝛcūs. vt circa textū dictū ē Et idē patz de motu alteratōis.augmentatōis z diminutionis.sicut in minori ꝓpōne dictū est.

Ad rationes Ante oppositū factas. Ad ꝑmā dom est q̄ Aristoteles oñdit ꝑpositū suū in his solū motibꝫ in quibꝫ occultū est mouens simul esse cū moto.sed manifestū est hoc in motu generationis z corruptōnis. manifestū eñ est q̄ inter generans ꝓximū z generatū nullū est mediū.qz virtus generatiua (q̄ a Platone vocat paruus pater) est in semine Ad scđaz dom.q̄ p̄hus nō loqtur de ꝑmo mouenti quocūq̄ .scz de mouente effectiue z realiter ipam materiam. vt dr in ꝑncipio tercij capli. finis eñ mouet soluz intentionaliter z per modū desiderij sub rōne boni Ad terciā dom.q̄ sol calefacit terrā p media i qbꝫ ꝑ° agit calorē. ꝓus eñ calefacit aerem vel aquā.z sic nō est alterans ꝓximum ipius terre. Eodē mō dom est de igne calefaciente distantē ab igne

¶ Hic ponit ꝓbs secundā rationē premittens duas suppositiones. Quarū prima est. Oīe mouens mouet aliquid et aliquo. Aut ergo mouet seipso aut mouet aliquo alio quod ꝓius mouetur ab ipo quod est sicut instrumētū. sicut homo mouet lapidē baculo. et ventus mouet lapidem seipo Secūda Jmpossibile est instrumentū movere. nisi ꝓncipale et primū moueat. tamen ꝑmo potest bene mouere instrumento nō mouente. Quibus premissis formatur secunda ratio sic Oīe mouens mouet aliquo. vl' ergo mouens mouet seipso vel aliquo alio Si primū. habetur propositū quod in eo status est et mouens motum est a seipso Si secundū. tunc oportet ꝙ sit aliud ante ipsum quod moueat seipsum. nec potest abire in infinitum quia tunc oīe mouens esset sicut instrumentū quod ē impossibile. quia instrumentū non mouet nisi motū a ꝑmo quod declarat in exēplo. si baculus moueat. quia ab alio mouetur. scilz a manu. tūc oportet ꝙ manus moueat baculum. si baculus debeat movere. et si manus etiā est huiusmodi tunc etiā non mouet nisi aliud moueat. exquo infertur ꝙ oīe mouens motū ab alio habz aliquod ꝓius se. et hoc tamdiu donec deueniatur ad aliquod quod licz moueatur. tamē non mouetur ab aliquo ab ipso ſm esse distincto. et ideo est mouēs seipsum. Exquo infert ꝙ ſm illam rationē que sumitur a ratione instrumētaliter mo

uentis et eius quod mouet instrumentū ostenditur pro/positū eo q̄ tale mouens motū mouetur. aut imediate p̄/pter alterꝫ aut per plura media. z si per plura. tunc decurrendo per oia illa instrumentaliter mouentia. deuenīt tan dē ad id quod mouet alia mouēdo seipm.

Ad dicta autem et sic intendentibus contingent eadez hec. Si eī ab eo quod mouetur. mouetur oē quod mouetur. aut hoc rebus exīstit fm accidēs. vt moueat quidez quod mouetur. non tamen propter id quod mouetur ipsum aut non. sed per se. Primū quidem igitur si fm accidens non necesse est moueri q̄d mouetur. Si autem hoc est manifestū q̄ contingit aliquādo moueri nihil eorum que sunt Non eī necessariū est accidens. sed contingit non esse. Si ergo ponamus possibile esse nullū impossibile accidit falsum aūt fortassis. Motum autē impossibile ē nō esse. ostensum eī prius est hoc q̄m necesse est motuz semp esse.

¶ Ista est scda pars huius capituli. in qua ostendit phs q̄ est dabile mouens quod nō mouetur ab alio. sed a seipso. quod ē primū mouēs in genere physico. preter quod tamē est dabile mouens q̄nod nec mouet a se nec ab alio Et fm hoc diuiditur in duas particulas. In pma ostē dit motorē primū imobilem nec a se nec ab alio moueri In scda ꝓcludit pncipalē ꝓclusionē huius capli. scz q̄ nō est necesse q̄ oīe quod mouetur. ab alio moueatur. sed ē aliquid quod mouet seipm. In prima duo facit. Primo ponit diuisionē cū probatione vnius mēbri. Secūdo ponit aliud mēbz eiusdez diuisionis. Quantū ad primū dicit Juxta ea que dicta sunt adducemus rōnes ꝓbantes q̄ primus motor est imobilis. Et tunc redeundo per eas/dem ratiōes manifestabimus eadē. Hec que dicta sunt videlicz q̄ oīs motus causa est. mouens seipsum. Deinde subiungit rationē ꝓtinentē diuisionē dicens. Si oē quod mouetur. mouet ab alio quod mouet. id est si oīe mouens mouetur. tunc aut mouet per accidens. sic q̄ nō est ideo causa motus. quia mouetur. sed accidit sibi mo/ueri. aut conuenit sibi per se. Q3 autē nō potest dici oīe mouens per accidens moueri. ꝓbat duabus rationibus et testimonio Anaxagore. Prima ratio consistit in hoc Si oīe mouens moueret per accidens. contingeret mo/tū aliquando non esse. sed impossibile est aliquādo motū non esse. hoc est nullū motū esse. ergo impossibile est q̄ oē mouens moueatur per accidens. Maiorē seu Sequelā probat. quia quod fm accidens est non est necessariū. sed contingit esse et non esse. sed possibili posito non esse. nullū accidit impossibile. sed fortassis falsum. Minorē z impossibilitatem probat quia impossibile est motū non esse quia prius ostensum est. q̄ necessarium est motum semper esse.

Et rationabiliter hoc accidit. Tria eī necesse est esse quod mouetur et mouens z quo mouet. Quod quidez igitur mouetur necesse quidē moueri. mouere autem non necesse est. sed quo mouet et mouere et moueri. Cōmunicat eī simul hoc et fm idē exīstēs ei quod mouetur. Manifestū aūt est in mouentib⁹ fm locum. Tangere eī necesse adinuicem sicut vsqz ad aliquid. mouens autem sic vt sit nō quo mouet

immobile. Quoniā autem videmus vltimū quod moueri quidem potest motus. aut principiū nō hꝫ ext. quod mouetur quidem ab alia aūt sed non a se ipso rationabile est vt non necessariū dicamus ter/ciū esse qd̄ mouet q̄dē cū sit immobile

¶ Hic ponit secundā rationē ad idē. ꝓ qua supponit q̄ in oīi motu sunt tria. scz quod mouet. quo mouet. z qd̄ mouetur. que sic se habent. q̄ hoc quod mouetur. necessa/rio mouet. sed non necessario mouet. quia vltimū motū non mouet. sed hoc quo mouet necesse est moueri z mo/uere. quia cōmunicat simul participādo hec duo. quia idē est ei quod mouetur et ei quod mouet. quia etiaz mouet vltimuz. Et dicit hec tria maxime esse manifesta in his que mouent fm locuz. quia necesse est hec tria se tangere aut simpliciter aut vsqz ad aliquid. hoc est ad determina tā distantiam. Mouens aūt primū est quod ita mouet q̄ ipsum est immobile ab alio. Quibus premissis forma tur sic ratio. Quādocunqz duo ꝓiunguntur. sic q̄ vtrunqz accidit alteri. si tunc possibile est vnū reperiri sine alio. tūc etiaz possibile est illud aliud reperiri sine ipo. sed sic est q̄ mouere z moueri conueniūt in aliquo vno in medio scilz quo mouet mouēs. et moueri reperitur sine mouere sicut in vltimo moto. ergo mouere etiā reperitur sine moueri. scilicz in eo quod mouet sicut primū mouens. et per ꝓns est imobile

Unde et Anaxagoras dicit recte intellectum im passibilem inquiens z immixtū esse. quoniaz q̄dem motus principiuz ipsum facit esse. sic enim vtiqz so/lum mouebit cum sit immobilis et imperabit cuz sit immixtus.

¶ Hic probat idem testimonio Anaxagore. dicens q̄ re cte dicit Anaxagoras cū ponit intellectū primū agentem esse impassibilē et immixtū. Et hoc ex eo. quia ponit ipsuz primū principiū motus. ideo erit imobilis per hoc q̄ ē im passibilis. Et posuit ipm immixtū. qz p hoc solū poterit mo uere z impare absqz h̄ q̄ moueatur.

Atuero si non fm accidens sed ex necessitate mo uetur mouens. nisi aūt moueatur nō mouet necesse est mouēs si mouet aut moueri sic fm eandem spēm motus aut fm alterā. Dico aūt quia aut calefaciēs et ipm calefieri. et sanans sanari. z ferens ferri. aut sa nans ferri. ferens aūt augeri. sed manifestum q̄m im possibile oportet eī vsqz ad indiuidua diuidentez dicere. vt si aliquis docet geometrisare h̄ doceri geo metrisari idē aut si proiiciat proiici fm eūdez modū proiectionis. aut sic quidem nō. sed aliud ex alio ge nere. vt quod fert augeri. hoc autem augens alterari ab alio. hoc autem alterans fm quendā moueri mo tum. sed necesse est stare. finiti eī sunt motus. Iterū autem reflectere et alterans dicere. ferri idē facere est et si mor dicat ferens ferri. et docens doceri. manife stum eī quod mouetur et a superius mouēte quod mouetur oīe. et magis a priori mouentiū. Atuero hoc impossibile est. docēs eī accidit addiscere quo/rum hoc quidam habere. illud aūt non habere scien

tiam necessariū est.

¶ Hic probat secundam partem diuisionis posite. viz ꝙ non oīe mouens mouetur per se. Et hoc ostendit ratione que talis est Si oīe mouens mouetur nō per accidens.sed ex necessitate et p se. Vel ergo mouetur ſm eandem speciem motus ſm quam mouet. aut mouetur ſm speciem motus aliam ab illa ſm quam mouet.sed neutrum potest dici.ergo non oīe mouens mouetur per se ex necessitate. Dinotem probat. Primo ꝙ non moueatur ſm eandem speciem.ſm quā mouet.quia tunc sequeretur ꝙ oīe calefaciens calefieret.et oīe sanans sanaret et ferrens ferretur. sic descendēdo ad indiuidua.hoc est ſpēs motꝰ.ſz h̄ ē ipossibile.qz sic docēs geometrisare doceret geometrisare.et p̄iciens p̄iceret ſm eundē motū,p iectionis quo p̄icit. Nec potest dici ꝙ oīe mouens moueatur.sed ſm speciem aliam ab illa ſm quā mouet.sicut si dicatur ꝙ hoc quod mouet ſm locum augetur.z quod auget alteratur.et quod alterat etiā mouetur ſm aliquē alium motum.tunc sequitur idem quod p̄ius. quia cum finiti sunt motus ſm speciem.necesse est fieri reflexionem in primam speciem.quia si ferens dicatur augeri. et augens alterari.adhuc sequetur ꝙ ferens feratur.et sic adhuc sequitur idem inconuenīs quod p̄ius. Non em̄ refert.sed est idem quo ad consequentiā inconuenientis si dicatur mox mouens ſm locū moueri ſm locum.et si dicatur moueus ſm locū post multa media aliorum motuum moueri ſm locū.et similiter si dicatur docens doceri.Quod sic declarat.quia cuius post multa media deueniatur ad eundem motū ſm speciem quo mouet primus mouens.ille tamen motus.plus cōuenit primo cuicunq; alicui secundorū mouentiū.quia quando aliqd mouetur a pluribus mouentibꝫ subordinatis. tunc a priori magis mouetur cū a posteriori.Qꝫ autem inconuenīs sit ꝙ docēs doceatur.Probat.quia docens habet scientiā.et qui docetur z addiscēs est nō hz.z sic sit z respectu eiusdē idē haberet sciam.z nō haberet eā.

Amplius autem hꝭ magis irratōnabile.quoniā accidit esse oīe motiuū.mobile.siquidem ab eo qđ mouetur.mouetur oīe quod mouetur Erit em̄ mobile.sicut si aliquis dicat quoniā sanatiuū et sanās sanabile erit.et edificatiuū edificabile. aut mox aut per plura.Dico autem sic.si mobile quidem ab alio est oīe motiuuz. sed nō ſm eundē motū mobile cū mouet proximū.sed ſm alterum.vt sanatiuū z disciplinatiuū.sed hoc ascēdens perueniet aliquando ad eandem ſpeciem.sicut diximus p̄ius. hoc quidē igitur horum impossibile.aliud autē figmentū est. Inconueniens em̄ est alteratiuū ex necessitate esse augmentabile

¶ Hic declarat idem quod dixit.ducendo ad incōuenientia magis particularia.dicens ꝙ adhuc hꝭ magis accidit irrationabile. quia si oīe mobile mouet ab eo quod mouetur.tunc erit simile ac si quis dicat ꝙ sanās sit sanabile ſm eandem sanitatem qua sanat. et edificatiuū edificabile.aut mox aut per plura media. Dico autē per plura media.sicut si dicatur ꝙ omne mouens est mobile ab alio.sed non ſm eundem motū ſm quē mouet proximus. sicut sanans non dicitur sanari.sed moueri ſm aliud motum.aut docens imediate proximū non doceri.sed moueri ſm aliquem motū. tamen ascendēs decurrendo per species motus peruenīet ad eandez ſpeciem ſm quā mouet quia in quacunq; secundorū mouentiū motus est a pᵒ mouente.quare refertur ad ipsum.z sic est idem incōueniens.sicut si moueretur ſm eundez motū quo mouet et sic patet vtrunq; esse impossibile.vel dicatur potius ꝙ primū sit impossibile.scilicet ꝙ mox moueatur motu quo mouet.z ꝙ alterū scilicz ꝙ per media moueatur sit figmēto simile. Inconuenīs em̄ alteratiuū ex necessitate esse augmentabile.

Non ergo necesse est semper moueri quod mouetur ab alio.et ab hꝭ quod mouetur stabit ergo.Quare aut a quiescente mouebitur quod mouetur p̄mū aut ipm̄ seipsum mouebit. Atuero si oportet cōsiderare vtrum causa motus sit et principiū ipsum seipsum mouens.aut quod ab alio illud oīnis vtiq; ponet.ipsum quidem quod per se est causa. semper prius est eo quod ſm alterum.et cum ipsum sit quare hoc considerandum est accipiētibus aliud p̄ncipiū si aliquid mouet ipm̄ seipm quomodo mouet z ſm quē motū.

¶ Hic ꝯcludit ꝯclusionē in h̄ capto p̄ncipalr intentā. ꝙ vicz est aliqđ mouēs seipsum quod non mouetur ab alio Dicens. Non est ergo necessarium ꝙ omne quod mouetur moueatur semper ab alio.z ꝙ iterum illud moueatur ab alio.ergo stabit in aliquo. Aut ergo aliquid mouebit a quiescente.hoc est a moroze imobili.aut mouebit a motore qui seipsum mouet. Atuero si oportet questionem et considerationem facere. Vtrum hoc quod est causa et principium omnis motus.sit mouens seipsum vel sit motū ab alio sibi extrinseco.tunc oīnes ponent et concedent ꝙ dignius sit hoc esse p̄ncipium primū quod mouetur a se.cū quod mouetur ab extrinseco sibi Illud em̄ qđ per se.et non ab alio causa est. semper est causa prior z potior.cū quod est causa habens causalitatez in quodū alio. et licet ipsum sit causa.non tamen habet causalitatē a se. sed ab alio. Quare hoc considerandū est.accipiendo aliud p̄ncipiū considerat̄onis cū prius.vt queramus si aliquid mouet seipsum ſm quem modū mouet se z ſm quē motum

Necesse igitur oīe quod mouetur esse diuisibile in semper diuisibilia.hoc enim ostensum est prius in vniuersalibus de natura.ꝙ oīe qđ p se mouet continuum est.

¶ Istud est quartū capitulum huius secundi tractatus in quo (post cū ostēdit ꝙ non est procedere in infinituz in mouentibus z motis.sed est deueniendū ad aliquod qđ vel est imobile vel non mouetur ab alio. sed est mouens seipsuz) Consequenter ostendit ex hoc ꝙ est deueniendū ad aliquod primū mouens.quod nullo modo mouetur nec a se nec ab alio.sed est oīno imobile. Et rationem huius ordinis ponit in fine precedentis capituli. quādo dicit ꝙ cognito ꝙ est aliquid mouens seipsuz.tunc sumēdum est hoc pro alio principio demonstrāte aliquem esse motorem.oīno imobilez.quia per hoc ꝙ scitur quo modo illud mouet seipsum.et quo motu mouet seipsum.facile demōstratur ꝙ est aliquod mouēs simpliciter imobile.

Et hoc facit in presenti capitlo. quod diuiditur in duas partes principales In prima ostendit modos quibus impossibile est mouens seipsum mouere. In secundo ostendit modū quo primū mouens in genere mouet seipsum. et quo sequitur esse aliquod mouēs oīmino īmobile. Prima pars diuiditur in tres particulas ꝑm q̄ trib⁹ modis falsis contingit imaginari idem mouere seipsum In prima oñdit q̄ nihil mouet seipm. sic q̄ totū moueat totuz. In secūda. q̄ nihil moueat seipsuz. sic q̄ vtraq̄ pars moueat alteram reciproce. ita q̄ vna pars moueat aliam. et ite moueatur ab eadem. In tercia q̄ nihil moueat seipsum. sic q̄ vna pars moueat seipsam. vel q̄ plures partes moueant seipsas. Quantū ad primuz duo facit. Primo premittit suppositionem. Secundo ostendit propositum. Ponendo suppositionem dicit. Necesse est q̄ oīe quod mouet sit diuisibile in semp diuisibilia. Prius em̄ ostensum est in. vi. physicoꝝ. vbi dictū ē de vltimis physicis. q̄ oē quod mouet est primū

Impossibile igitur est ipsum mouēs seipm̄ penitus mouere ipm̄ seipsum. Totum em̄ fertur vtiqz et ferret ꝑm eandem loci mutationē vnū cum sit et indiuiduuz specie. et alterabitur et alterabit. quare docebit vtiqz et docebitur simℓ. et sanabit et sanabitur ꝑm eandē sanitatē.

¶ Hic ph̄us ostendit propositū. videlicet q̄ mouens se ipsum non mouet se. sic q̄ totum moueat totum. Et hoc duabus rationibus. Quarū prima est. Si idē moueret seipsum ꝑm se totū. tunc sequeretur q̄ idem ꝑm numerū moueret et moueretur ꝑm eandem speciez motus. quia eodem motu totum moueret et moueretur. sed hoc est inconueniens. quia sic totū mouebit localiter et mouebitur. et idem alterabit et alterabitur. et docebit et docebitur siℓ. et sanabit et sanabit ꝑm eandē sanitatem.

Amplius determinatū est quia mouetur mobile hoc autē est q̄ potentia mouetur non actu. Qd aūt ē potentia vadit in actuz. est autē motus actus mobilis imperfectus. mouens aūt iaz actu est. vt calefaciens calidum et oīmino generat habens speciem. quare simul idem et ꝑm idem calidum erit et non calidum Similiter aūt et aliorum vnūquodq̄ quorūcunq̄ mouens necesse est habere vnitocū. Hoc quidez igitur mouet. illud autez mouetur ipsum seipsum mouens.

¶ Hic ph̄us ponit secundā rationem ad idez. que talis est. Si totum moueret totū. sequeretur q̄ idē esset simul et semel in actu et in potentia. sed hoc est impossibile. ergo impossibile est q̄ aliquid moueat seipsum. sic q̄ totuz moueat totū. Maiorem et Sequelam probat. quia determinatū ē. (videlicz in. iij. physicorū.) q̄ mobile est qđ mouetur. sed mobile dicitur quod est in potentia. et non in actu. quia hoc dicitur in potentia ad actum quod vadit in illum actū. et sic motus est actus et perfectio mobilis. quia est actus eius imperfectus Sed illud quod mouet est in actu perfecto. sicut calefaciens est actu calidum et oīmino generans. Vnitocū est illud quod habet speciem et formam quam largitur generato. Minor probatur. quia sic idem esset calidū et non calidum. qđ est impossibile. et similiter est dicendū de vnoquoq̄ aliorū motuū quē ꝑt mouere mouēs vnitocum. ergo oportet dicere q̄ mouens seipsum sit primuz. ex eo qđ mouet et ex aliquo quod mouet.

Quod autē non contingat ipsum seipsuz movere. sic vt vtrūq̄ ab vtroq̄ moueatur. ex his manifestum est. Necq̄ erit primū mouens nullum si vtrūq̄ mouebit. Qđ em̄ primū est magis causa mouēdi q̄ sequens et̄ mouebit magis. Dupliciter em̄ mouere erat aliud quidem qđ ab alio, mouetur ipsuz aliud autem ex seipso. proximus autē est quod longius ē ab eo quod mouetur principio q̄ medio Amplius non necesse est mouens moueri. nisi a seipso ꝑm accidens. ergo contra mouet alterum. Accipiebam⁹ igit̄ contingere non mouere. ergo erit aliud quidem qđ mouetur. aliud autē mouens īmobile Amplius nō necesse est mouens cū mouet contra moueri. sed aut īmobile mouere necesse aut ipm̄ a seipso moueri. siq̄dem necesse est semper motū esse Amplius quidē mouet motum et mouebitur vtiqz. quare calefaciens calefacit.

¶ In hac secunda particula probat. q̄ idem non potest mouere seipsum Hoc modo q̄ vna pars eius mouet aliam et reciproce sic q̄ etiā moueatur ab eadem Et hoc ꝙt tuor rationibus. Quarū prima est. Si aliquid moueat se ipm̄ per hoc q̄ vna pars eius moueat aliam partem. et illa alia iterum mouet eandem. sequeretur q̄ nullū esset primū mouens. sed hoc ē impossibile. ergo impossibile est ꝺ modo aliquid mouere seipsum. Sequelam probat. quia vt prius dictū est. illud est primū mouēs quod magis distat ab vltimo moto. et hoc plus mouet q̄ alia que sunt post ipsum et contenta sub ipso. quia vt dictum est q̄ ea que mouentur. a duplici motore mouentur. videlicet ab eo quod mouetur ab extrinseco. vl̄ ab eo quod mouetur a seipso. et dictum est q̄ mouens quod mouetur a seipso remotius est ab vltimo moto. q̄ sit mouens quod mouetur ab alio extrinseco. quia habet se vt instrumentū. et est medium. iam clarum est q̄ illa non plus cōueniunt vni per ti q̄ alteri. si moueant se reciproce. et sic nulluz erit primū mouens Minor probatur. quia primo mouente nō existente nullus erit motus. Secunda ratio. Si primum mouens seipm̄ moueretur. per hoc q̄ vna pars mouet aliā et mouetur ab ea. tunc sequeretur q̄ seipsum mouēs moueretur a se solū per accidens. sed hoc est impossibile ergo non mouet seipsum per hoc q̄ vna pars mouet aliā et iterum mouetur ab eadem. Sequela seu maior probatur. quia si conueniret sibi per se mouere seipsum. tunc nō conueniret sibi ab alio. quia quicquid mouet per hoc q̄ mouetur hoc mouendi virtutem habet ab alio Sed minorem probat. quia quod est per accidens contingit non esse. et sic pringeret primū mouens non mouere. et sic eēt possibile oīes moras cessare. quod est impossibile. ergo in eo quod mouet seipsuz est cōpositio duoꝝ. quorū vnuz mouetur mouendo aliū. et alterū existens penitus immobile. Tercia ratio. Mouens seipsum mouet motū sempiternuz. ergo non est necesse ipsum moueri ab alio. sed aut est īmobile aut mouet seipsum. Añcedens est probatum in principio huius octaui. quia tale ē primū mouēs Sequentia probat. quia si pars mouens non mouet nisi

moueatur ab alia. tunc sibi cōuenit mouere per accidēs. et quod per accidens est potest non esse. ergo motꝰ sempiternus potest non esse quod est impossibile. cum probatū est ꝙ necesse est motū sp esse. Quarta ratio. Si mouens seipsum moueretur per hoc ꝙ vna pars mouet aliam et moueret ab eadem. tunc monens mouet eodē motu quo mouet. et sic calefaciēs calefieret Sequela probatur. quia mouens seipsum mouet vno motu tm̄. et sic oporteret ꝙ quo motu mouet ps vna aliam ꝙ eodem moueretur ab eadem. ꝙ autem hoc sit incōueniens ꝓbus ostensum est.

Atuero neq; primū ipsum seipsum mouentis. neq; vna pars neq; plures mouebunt ipm̄ seipm̄ vnū quodq; totum eīm̄ si mouetur ipsum a seipso aut ab aliquo que sunt ipsius mouebitur aut totū a toto. si quidem igitur est mouendo aliquā partem ipsiꝰ a seipso. hoc vtiq; erit primū ipsum seipsum mouens Separatū quidem hoc quidem mouebit ipsum seipsum totū autē non iam. si autē totū a toto mouet fm accidens vtiq; mouebunt hec ipsa seipsa. Quare si non sunt necessaria accipiantur nō mota a seipsis Totius igitur aliud mouebit cum immobile sit aliud aūt mouebitur solū eīm̄ sic possibile est adhuc ipsum mobile esse.

¶In tercia particula ꝓbat tercīū. videlicet ꝙ nihil mouet seipsuz. per hoc ꝙ vna pars mouet seipaz. aut plures mouent seipsas. Pro quo notandū fm Albertū ꝙ ḋnq; modis ex toto contingit imaginari aliquid mouere seipsum Primꝰ. ꝙ totū moueat se totū. Secūdus. ꝙ vtraq; pars ab vtraq;. et tm̄ non totū moueatur ab vtraq;. Tertius. ꝙ pars mouet totū. Quartus. ꝙ totū partē. Quintus. qui verus est. ꝙ vna pars eius sit immobilis. z alia mota. De alijs aūt quattuor modis duo habent manifestū inconueniens. scz qm̄ totū mouet partem. aut pars totū. quia tale moueret per accidens. quod impossibile est de primo mouente quod essentialiter mouet. Et in oibꝫ quattuor modis sequitur idē esse mouens z motuz. Et quia hoc magis latet in duobus. scz quado totū abstractū a partibus dicitur mouere totū. aut pars seipsam partem. ideo pbus ꝓbat hic hoc esse impossibile. Et h̄ duabus rationibus. Quarū prima est fm expositionē Alberti Si aliquid dicatur mouere seipsuz. per hoc ꝙ pars aliqua mouet seipsam. tunc sequetur ꝙ ipm̄ non sit primuz mouens. quod est contra hypothesim. scz ꝙ primum mouens moueat seipm̄. Sequelā probat. quia si dicat pars aliqua seipsam mouere. tunc totū illud non erit pⁿ⁹ mouens seipsum. Probat. quia illa pars erit primū mouens seipsuz. si eīm̄ separetur illa pars. tunc adhuc mouebit a seipsa. eo ꝙ non habebat hoc a toto. sed potius totū ab ipsa. Si aūt dicat ꝙ totū moueat a se toto. sine relatōne ad partes. tunc partes tales totius non mouent seipas. nisi per accidens. quod aūt fm accidens mouet a seipso contingit non moueri. ponatur ergo ꝙ nō moueant. nullū sequit ex hoc impossibile. et tūc sequetur ex hoc ꝙ illius totius a seipō moti. altera pars ꝓponens sit immobilis. et alia mouet Solū eīm̄ h̄ mō possibile est aliqd esse mouēs et motū a seipso.

Amplius siq̄dem tota ipa seipsaz mouet. hec quidē mouebit ipius illud aute mouebit. Ergo a b. a seipsa q̄dem mouebit z ab a.

¶Hic ponit scḋam rationē. que talis ē. Si aliq̄d sit mouēs seipm̄. qz ps eius mouet seipaz. tūc nec ipm̄ erit pⁿ⁹ mouēs seipm̄. nec pars eius est pmū mouens seipm̄ Sequelā ꝓbat. qz sic illud totū est seipm̄ mouens. p h̄ ꝙ ps eius est seipam mouēs. tūc eadē rōne cū illa ps sit diuisibilis. ipa etiā erit seipam mouēs. p h̄ ꝙ pars eius mouet seipam. exēplificat. si sit mouēs seipm̄. ḋa ps eius scz a b mouet seipam. tunc nec a b. ps existens sui totius erit pmū mouens. nec suū totū non totū. quia pus mouet seipsam ps illa q̄ totū. et eadē ratione ps illa scz a b. nō erit primū mouens seipm̄. qz etiā ꝙueniet hoc sibi per vnā partem scz a. ita ꝙ a b. pars mouet seipaz. ḋa a mouet seipm̄ eo ꝙ pus est motū ab a. q̄ ab a b. ḋa est motū ab a. mediante b. et deposit ab a b. z sic nullū ꝓz est primū mouēs seipm̄. z sic in infinitū.

Qm̄ aūt mouet aliō quidē qō mouetur ab alio. aliud aūt cū sit īmobile z mouet. hoc quidez mouēs aliud aūt nihil mouēs ipm̄ seipm̄ mouēs necesse est ex īmobili esse mouenti aūt z adhuc ex eo ꝙ mouet nō mouente aūt ex necessitate sed quale euenit. Sit eīm̄ a mouens quidē. īmobile aūt b. quod mouet ab a. et mouēs qō cī q̄ c. h̄at motū q̄dē a b. nō mouēs aūt nullū. Si quidē eīm̄ z per plura veniet aliqn̄ in c. sit ergo p vnū solū. Qm̄e ergo qō a b c. ipm̄ seipm̄ mouet. sz si aufero c. a b. ipm̄ seipsuz mouebit. a qui dē est mouens. b ꝓd qō mouet. c aūt nō mouebit ipsuz seipm̄. neq; ꝑnitus mouebitur. Atuero neq; b c mouebit ipsa seipsaz sine a. h eīm̄ mouet in eo quod mouetur ab alio. nō quia a suiꝑius ꝑte aliqua a. b igit solū ipm̄ seipm̄ mouet Necesse itaq; ipm̄ seipm̄ mouens habere mouēs īmobile autē z quod mouet nihil aūt mouēs ex necessitate.

¶Ista est scḋa ps ꝑncipalis huius capli ārti. in q̄ (post q̄ phs oñdit q̄b⁹ modis nō ꝓtingit aliq̄d mouere seipsuz) ostendit ꝓpter modū vez q̄ aliq̄d est mouens seipm̄ Diuidit aūt hec ps in duas ꝑticulas. In pª facit quod dictū est. In scḋa infert ex oibus ꝓclusionē ꝑncipaliter in h̄ capitulo intentā. vicz ꝙ est deueniendū ad aliqō pmuz mouēs oino īmobile. In pª ꝑticula tria facit. Primo probat pⁿ⁹ mouens seipm̄ eē ꝓpositū ex ꝑte īmobili z parte mota. Scḋo oñdit qūo se debeāt ꝑtes ille hꝫe adinuicem Tertio remouet vnā dubitatōez Quātū ad pⁿ⁹ pmittit diuisionē. ex q̄ infert ꝓpositū. Dicēs. ḋa fm p̄dēterminata ē duplex mouēs. scz mouēs qō mouet ab alio quod mouet vt instrumentū. Aliud ē mouēs penitꝰ īmobile. Sicut duplex ē mobile. quoddā est mobile qō motū vltimꝰ mouet et quoddā ē qō nō mouet. sz est motū tm̄ sic vltimū. Jō opz illd̄ qō est primū mouēs seipm̄ eē ꝓpositū ex mouēti īmobili. z ex mobili qō motū nō necario mouet aliud. ita ꝙ sit compositū ex ꝑte mouēte īmmobili z ex parte mota. q̄ nō necario mouet Hāc ꝓclusionē ꝓbat sic. Si aliqō motū ꝓponit ex pluribꝫ ꝑtib⁹ q̄ duab⁹. q̄ vna sit mouēs et alia mota. tūc illd̄ nō erit pⁿ⁹ mouēs seipm̄. q̄ ex opposito si sit aliquod primuz mouens seipsum. ipsum non est compositum nisi ex duabus partibus. quaruz vna ē mo

uens tantū et alia mota tantū. Antecedens probat exē plariter dicens Si dicak q tria concurrāt ad ꝓstitutionē ꝑmi mouētis seipm. significenk illa tria p a b c. Ita q a sit mouēs tm̄. et b sit mouēs seipm. z c sit motū tm̄ ab ipso scz b. et vlterius nō mouet. licet em̄ p plura media ꝑueniat in vltimū qđ ꝓcak p c. tm̄ sufficiat nunc vnū medium Illo posito manifestū est q a b c. totū mouet seipm. Si tunc auferak ab illo toto ipsum c. quod positū est tantuz moueri. et non mouere. tunc a b adhuc mouebit seipsum. qz adhuc est compositū ex mouente ꝑo a. et b moto. et h̄ erit simile primo mouēti seipm. c aūt nō mouebit seipsuz nec oīno mouebik. quia ipm est vltimū motū. ideo non mouet et ipm ē separatū a suo motore ideo nō mouetur. Si vero ab illo toto a b c separek a. tunc magnitudo b c. non mouebit seipsaz. quia est sine primo mouente quod est a. eo q b non mouet. nisi motū ab a. et sic separatuz ab a. oīno nullū habebit motū. sed a b. sine c. adhuc seipm mouebit. ergo necesse est dicere q mouens seipsaz hēat p tē mouentē imobilē z motā. quā non est necessariū mouere tertiū quod sit ps mouētis seipm.

Contacta aut vtraq; adinuicē aut ab altero alterū. Siq̄dez igitur continuū est mouens Quod em̄ mouetur continuū necessariū ē esse. manifestuz est q totū ipsum seipm mouet nō eo q ipsius aliquid huiusmodi sit vt ipsum seipsum moueat sz totū mouet ipsum seipm. Motū aūt et mouens. z q ipsius aliquid est mouens et aliquid motū Non em̄ totū mouet neq; totū mouek. sed mouet q̄dez a b. aut mouetur tm̄. sed c ab ipo b nō iā impossibile est.

¶ Hic ostendit quomodo ille due partes mouētis seipsum habeāt se ad seinuicē. dicēs q hec ꝓponentia dicunk contacta adinuicē sumēdo contactū ꝑ cōiunctione sic. q vnū est ꝓiunctū alteri. quādo sunt duo. quando em̄ tria sunt ꝓponentia. tunc terciū et secundū sunt contacta ꝓo prie. eo q sunt corpora p̄m eoz vltima simul existentia. p̄mū aūt cū sit indiuisibile nō est contactū ꝓprie. sed ꝓmuniter. quia ꝓiunctū materie. vt ania corpi. Si aūt mouēs seipm est continuuz. sicut in veritate est eo q nihil mouek motu continuo. nisi continuū. tunc oportet q omne mouens seipm non dicak ideo mouens seipm. quia pars q̄ntitatiua moueat seipsaz aut totū. sz ideo quia totū in q̄ntitate ipsum mouet seipm. in hoc q aliqua pars nō quātitatiua est mouēs et altera pars mota. Nō em̄ totū p̄m vtrāq; partem mouet neq; p̄m vtrāq; mouek. sicut a mouet et b mouetur. et nō est impossibile q b moueak ab ipso b. qñ sunt tria in ꝓpositiōe mouētis seipm

Dubitationē aūt habz si auferat aliquid quis ab ab ipo a. si continuū mouens q̄dem īmobile aūt aut ab ipso b. quod mouetur. Reliqua vero ipius a mouebit. reliqua vero ipius b mouebik. Si em̄ hoc nō vtiq; erit que primo mouek a seipso que est a b remota em̄ ab a b. adhuc mouebit seipsam. reliq̄ a b.

¶ Hic phus mouet circa predicta vnā dubitationem. Primo ponit eam. Secundo ipsam soluit. Ponendo dubitationē dicit id quod dictum est de primo mouente seipsum habet dubitationē. dictū em̄ est. q mouēs seipsum componik ex duabus partibus tantū. quarū vna re

mota a toto. reliqua non potest se mouere. Illud aūt nō videtur. quia si aliquis ab a. quod est primū mouens existens pars mouentis seipsum. auferat aliquā partē per diuisionē. et hoc est possibile si a dicatur esse continuū siue per se siue per accidens. vt quando est vis distensa in ꝓtinuo corpore. aut faciat ablationē ab ipo mobili. vicz b. tunc adhuc vtraq; pars remanebit mouens seipam. quia pars ea. que remanet mouebit reliquā partez b. q̄ remanet post diuisionē que mouebitur. et cū motus partis sit prior motu totius. et ista diuisio vadat in infinituz non potest dici p̄m predeterminata. q a b sit primuz mouens seipsum. fuit etiam dictū in. vi. physicoz. q in continuo non est dabile primū. ergo in omnibus a seipsis motz non est dare primū mouens seipsum. Ibi nota q Alteritus dicit illam dubitationē nō habere locū in corporibus celestibus. eo q motor ille indiuisibilis ē. sed in quibusdaz aialibus rugosis in q̄bus p̄mus motor diuidi videk ad diuisionē corporis. vt ꝑz in serpentib; anguill' lūbricis.

Aut potētia quidez nihil prohibet vtrunq; aut alterū quod mouetur diuisibile esse actu aūt indiuisibile. Si aūt diuidatur non adhuc esse habens eandez potentiā. Quare nihil p̄hibet ex indiuisibilibus ponā primū esse vnū.

¶ Hic soluit dubitationē istam. dicens q si vtrunq; sit continuū et mouens saltem per accidens et ipm mobile. nihil prohibet vtrunq; esse diuisibile in infinitū in potentia. quia sic nō accipiūtur nisi in forma ꝓtinui per se vel p accidens. Si aūt accipiantur. vt sunt actu. tunc non possunt diuidi in infinituz. quia virtus in actu est que potest exercere actum virtutis. et hec exigit determinatā quantitatem. que si minor esset corrūperetur virtus. et hoc ē verum in oīni corpore physico. Cū igitur vt sic nō sit diuisibile in infinitum. contingit in ipso accipere primū mouens seipsum. Si em̄ illud diuideretur. tunc a. non haberet eandem potentiā motiuā quā habuit prius. sed corrūperetur et non moueret partem ipius b. Nihil ergo prohibet q in illis que sunt diuisibilia potentia. et actu indiuisibilia accipiak aliqđ qđ est p̄mū mouēs seipm.

Manifestū igitur ex his est quoniā est primum mouens immobile. Siue em̄ mox stet quod mouetur ab aliquo. autē motū est ad immobile primuz siue in qđ mouetur quidem. ipsum aūt seipm mouēs et stans vtrobiq; accidit primū mouēs in oīnibus esse motis īmobile.

¶ Ista est secunda particula secunde partis. in qua concludit p̄ncipalem conclusionē in hoc capitulo intentā. scz q primū mouens est immobile. Dicens Manifestū est igitur ex his que dicta sunt. q est deueniēdū ad aliquod primuz mouens īmobile. quia siue dicatur q illud quod mouetur. mox mouetur ab aliquo alio extrinseco. tūc oportet q hoc deducatur vsq; ad primū mouens seipm. sicut probatum est in precedentibus. et illud tunc vlterius reducitur in primū mouens īmobile. Siue dicatur q illd quod mouetur est sepsum mouens et est stans. eo q est sibīpsi causa mouendi et standi. tunc iterū accidit hoc reduci in p̄m mouēs īmobile. Vtrobiq; igit accidit in oīnibus motis p̄m mouēs esse īmobile.

Quoniā aūt optet sp motū esse et nō ꝺficere. ne

cessariū est aliq̄d eē quod p̄mū mouet. Siue ḡ vnū sit siue plura. et primū mouēs imobile est vnūq̄dq; q̄dem igit̄ ꝑpetuū esse imobiliū mouentiū q̄dem nihil ptinet ad eam q̄ nunc rationē. qm̄ aūt necessariū est esse aliq̄d imobile q̄dem ipm̄ ab oī interius mutatione et simplr̄ et p̄m accīs motiuū aūt alterius. manifestū est sic cōsiderantib⁹. Sic aūt si aliq̄s velit in quibusdā contingens esse. vt et sit aliquādo ⁊ nō sit sine gn̄atione ⁊ corruptione. Fortassis eīm necessariū est si aliquid impartibile aliq̄n q̄dē est aliq̄n aūt nō sine mutatōe. aliq̄n q̄dē esse aliq̄n q̄dē nō esse omne tale. Et p̄ncipiorū imobiliū q̄dem motiuoꝝ aūt q̄dam aliq̄n q̄dem esse aliquādo etiā nō esse ꝓtingit et hoc. Sz nequaq̄ oīa possibile esse.

¶ Istud est quintū ⁊ vltimū capitulū huius secūdi tractatus. in quo pho (post q̄ ostendit primū mouēs esse imobile. per hoc q̄ primum mouens seipsuz est diuisibile in partē mouentē imobilem et in partem motā. et ḡa cōtingit partem mouentis seipsum esse imobilē p se. tn̄ aliq̄n mouet p accīs). p̄terea ostēdit q̄ pars illa que est p̄m mouēs est imobile per se ⁊ p accīs. Et diuiditur presens capitulū in duas partes p̄ncipales. In prima ostendit primū mouens seu primū motorem esse vnū perpetuū ⁊ immobilē. per hoc q̄ motus p̄mus ꝓtinuus est et vn⁹. In secunda ostendit idē ex ꝓsideratione eoꝝ que in illis inferioribus mouent seipsa cuiusmodi sunt animalia. Prima pars diuidit in duas ptes. In p⁹ ostedit p̄m mouēs esse ꝑpetuū. In 2da oñdit ipm eē vnū. Quantū ad p̄mā duo facit. Primo ponit quedā necessaria ad suū ꝓpositū Secūdo ꝓbat p̄m mouēs eē ꝑpetuū. Dicit ḡ q̄ ad p̄mū q̄ qz oꝑtet motū sp esse p̄m naturā et nunq̄ deficere. ideo oꝑtet primū mouens eē quod causat hūc motū et nō deficit. et siue hoc sit vnū siue plura. oportet in illis p̄mū mouens esse imobile. Subdit q̄ tn̄ nō spectat ad rōnem huius scie. vez vnūquod mouentiū imobiliū sit ꝑpetuū. vt dixit Plato de animabus animaliū. sed ad hanc scientiā pertinet determinare q̄ est necessarium esse aliquod imobile ab oī mutatione intrinseca id est que potest cadere in ipsum. siue sit mutatio simpliciter ⁊ per se. siue per accidens. et illud tunc oportet esse motiuū alterius. et hoc manifestū erit oīb⁹ considerantibus ea que in sequentibus dicuntur Deinde excludit quandam oꝑationem qua non bene probatur propositum. videlicz Illud est perpetuū quod non generatur nec corrumpitur. sz primū mouens nec generatur nec corrūpitur. ergo est perpetuū. Ad quā respondet pho. q̄ si quis velit q̄ contingat esse aliqua impartibilia aliquādo mouentia ⁊ aliquādo non mouentia. que tamen nec generantur nec corrumpuntur quēadmodū Plato dixit de aīab⁹ animaliuz. tunc absq; dubio oportet esse aliquem motorē primuz que est causa motus perpetui ⁊ continui qui est causa omniū eoꝝ q̄ sunt aliquando et aliquādo deficiunt. Hoc eīm fortassis necessariū est si quis dicat impartibile mouēs. vt est anima aliquando esse mouens. et aliquando nō. sine mutatione per se. tamen hoc est impossibile in oīb⁹. quia necesse est deuenire ad aliquod primuz imobile. quod nec p se nec per accidens est generabile aut corruptibile. Unde notat Albertus q̄ Plato posuit hmōi mouentia esse perpetua. licet p̄m veritatem quoad esse eoꝝ non sint perpetua p̄m peripateticos q̄z non generētur aut corrūpantur per se. tamē per accidens ad generationē et corruptionē corporum ꝓter animā intellectualē. Infert ergo pho q̄ necessariū est quedā p̄ncipiorum mouētiuz immobiliū aliq̄n esse et aliq̄n nō esse. sz non est h̄ possibile ꝓtingere in oīb⁹ hmōi causis.

Manifestum autem est q̄ causa quedam ipsa se ipsa mouentibus ineſt. ipsius quod est aliquādo q̄ dem esse. aliquando autem non esse. Ipsum quidem eīm seipsum mouens necesse est omne magnitudinē habere si nihil mouet̄ imptibile. mouēs āt nec⁊ vna necessitas est ex dictis.

¶ Hic ostendit ꝓpositū. videlicz primū mouens esse ꝑpetuum. et priusq̄z ponat rationē probantē premittit duas suppositiones. Quaruz prima est. q̄ vna causa ineſt oīb⁹ mouentibus se qua eis conuenit aliquādo esse ⁊ non esse per successionē. Secunda Omne mouens seipsum necesse est habere magnitudinē. eo q̄ omne quod mouetur est corpus. sed nō est necesse q̄ mouens imobile habeat aliquā magnitudinē

Ipsius igitur quod est alia quidem fieri. alia p̄o corrumpi. et hoc continue nulla causa est imobiliuz quidem non semper autē entium nec⁊ ipsorum quidem semper hoc mouentiū Horum autē altera. ipsi⁹ eīm semper et continui. nec⁊ vnūquodq; ipsoruz causa nec⁊ oīa. Nec eīm q̄dem sic se habere semper et ex necessitate est. oīa autem infinita et non sunt simul oīa entia. Manifestuz igitur est q̄ q̄z̄uis millies ꝑpetrent p̄ncipia quedam mobiliuz quidem mouentiū autē et multa ipsa seipsa mouentiū corrūpantur. alia vero fiant et hoc quidez imobile sit aliud vero mouet alterum autē hoc Sed nihilominus aliquid est qđ continet. et hoc extra vnumquodq; q̄ est causa eius quod est alia esse. alia vero non ⁊ continue mutationis. quia ⁊ hoc quidem his hec aūt alijs causa mot⁹ sunt. Si quidez igitur ꝑpetuus motus est ꝑpetuum erit ⁊ mouens primum si vnum. si vero plura et ꝑpetua.

¶ Hic ꝓbat quod latendit. dicens q̄ illius successionis q̄ aliq̄ generant et fiunt et alia corrūpunt necesse est eē aliquā cām. sed talis causa nō p̄t esse aliquod imobiliū mouentiū. que aliq̄n sunt et aliquādo non sunt. nec p̄t hmōi mouens esse causa. q̄ hoc se sp mouear p̄m successionē. ergo oꝑtet illius effectus esse causam aliā q̄ sp moueat cuiusmodi est p̄mus motor. ḡ p̄mus motor seu primū mouēs ē ꝑpetuū. Maior ꝓbat. qz effectus ꝑpetui necesse ē esse causam ꝑpetuā. Minorē ꝓbat. qz gn̄abilia ⁊ corruptibilia hꝫ sic se p̄m successionē ꝑpetuū est. et illius cā non p̄t esse vnū eoꝝ q̄ generant et corrūpunt aut quodlibet diuisum nec oīa simul. Nō vnū qz quod q̄nq; est et q̄nq; non est. nō p̄t causa cē ꝑpetuitatis Nec oīa simul. qz illa sunt infinita. ⁊ nō sunt simul. sed p̄ncipia ⁊ cause mot⁹ sunt finite et sil. Ergo manifestū ē q̄ p reiterationē etiā si millies reiterent p̄ncipia motoꝝ p se imobiliū. sic ſtz aie animaliū. ⁊ q̄z̄uis mlta de nūero eoꝝ q̄ seipsa mouēt corrūpant ⁊ alia fiant ⁊ generent. et in q̄libet eoꝝ sint duo. quoꝝ vnum est immobile p se. sicut anima et aliud morum vt corpus. et hoc sit alterum ab ipso mouente distinctuz p definitionē

nihilominus tñ requiritur aliquod extra hec oñia quod ꝓtin eat ista. et sit causa talis continue mutatōnis fm successionē. et hec inferiora sunt causa mutatiōis aliqbus et quedā sunt alijs causa mutationis. si sit vnū extra ea qđ est oñibus inferioribꝫ causa mutationis. Infert ḡ ꝓbus conclusionē. Dicēs ꝙ si motus que causa est oñis motꝰ in his inferioribus est ꝑpetuus. tunc oportet moueꝝ im mobile quod mouet hūc motū. esse ꝑpetuū et ꝑmū si sit vnū et si sint plura talia mouēntia. tunc etiā erunt plura ꝑ petua Item ꝓsiderandū est hic id quod posterius dicet in secūda parte huius ḋnti capituli. ꝙ exq̄ primū mouēs īmobile ꝑ se et ꝑ accīs vno modo se habet. non potest eē causa diuersitatis. que est fm successionē generationis et corruptionis. nisi in q̄tum est pars mouentis seipm. ratione cuius (vt dicit secūda suppositio) sibi ꝓuenit motus tunc per motū primū mouēs seipm potest fieri ꝓpinquū et remotū illi quod mouet. et sic causare aliquando esse et aliquando nō esse in eo quod mouet ab ipso ꝑmo mouēte seipm tanq̄ a mouēte extrinseco. ꝛ sic patꝫ ꝙ hec ratio ꝓbans primū mouens esse perpetuū sumitur ex perpetuitate motus.

Unū aūt magis q̄ multa et finita q̄ infinita oꝑtet existimare. Eisdem aūt accidentibus semper finita magis accipiendū In his em̄ que sunt natura oꝑtet finitū et melius si contingat esse magis sufficiēs aut et si vnum quod ꝑmū immobiliū ꝑpetuū cū sit erit ꝓncipiū alijs motus.

¶ In hac secunda ꝓticula ostendit primū motorē eē vnū et hoc duabꝫ rationibus. Dicit ergo ponendo ꝓclusionē oportet existimare magis ꝙ primū mouens sit vnū q̄ multa. et oportet magis existimare eē finita q̄ infinita. Ibi ōt Albertus ꝙ Aristoteles dicit ipm esse vnū ꝓpter primū mouens quod mouet primū mobile. ꝛ dicit mouentia eē finita ꝓpter mouentia sꝑheras inferiores. Prima ratio ꝑ bans primū mouens esse vnū est hec. Illud quod est melius est ponendū. sed melius est esse vnū q̄ plura. ꝛ finita q̄ infinita. si eque bene saluat causalitas reruꝫ ꝛ ꝑpetuitas generationū. sed vnū mouens est sufficiens ad oēm motū generabiliū ꝛ corruptibiliū. ergo est ponendū tātū vnū qđ tū sit ꝑmū mouentiū īmobiliū ꝛ ꝑpetuū. erit ꝓncipiū oīb alijs sui motus.

Manifestū est igitur ex his ꝙ necesse est esse aliquid vnum ꝛ perpetuū primuꝫ mouens. Ostensum em̄ est. quoniā necesse est semp motū esse ꝛ continuū esse et nanq̄ quod semper cōtinuum. Quod aūt ꝺse quenter non est continuū. Atuero si cōtinuus vnus est. vnus aūt si ab vno mouente et vnius quod mouetur. Si em̄ quiddam alind ꝛ aliud mouebit non continuus motus totus. sed cōsequenter. Igitur ex his scietvtiq̄ aliquis eē aliquod primū mouens īmobile.

¶ Hic ponit secḋam rōem ꝑbantē ꝙ necesse ē primū mouens esse vnū. q̄ talis est Primꝰ motus est vnus. ḡ primū mouens est vnū. Añs ꝑbat. ḋa ostensum est in ḋnto phȳsicoꝝ. ꝙ oīis motus ꝓtinuus est vnus. sꝫ ꝑmus motus est ꝓtinuus eo ꝙ semp est. ꝛ non frequēter nec ꝺseq̄ter. q̄ sic interrūperet tpe. ꝺñam ꝑbat. q̄ motꝰ vere vnꝰ nō est nisi ab vno ꝓtinue mouēte. et in eodē ꝓtinue motore si em̄ aliud et aliud mouēs mouebit. tunc nō erit ꝓtinuꝰ totus motus. sed ꝺsequenter seu frequenter. et nō semp. Ex his igitur sciet aliquis certissime ꝙ est aliqđ primuꝫ mouens īmobile.

Et itez considerans ꝑncipia mouentiū esse ḋdez igitur q̄dam eoꝝ q̄ sunt q̄ aliq̄ ḋdez mouent. aliq̄ aūt ḋescunt manifestū est. et ꝓpter hoc manifestū factū est. q̄m neq̄ oīa mouent neq̄ oīa ḋescunt. neq̄ alia semp mouent. alia semp quiescūt. Que nāq̄ sunt vtrobiq̄ et ꝓnaz sunt habentia eius qđ est. ali quando quidez moueri. aliquando ꝙ ḋescere demōstrat de his.

¶ Ista est secunda ꝑs ꝑncipalis. in q̄ ostendit ꝑmū mouens īmobile ꝛ ꝑpetuū. et hoc facit ex ꝺsideratiōe mouētiū seipa. q̄ sunt hic inferius nobiscū. Diuidit aūt in duas ꝓticulas. In ꝑa facit quod dictū est In secūda infert ꝓclusionē in hoc tractatu intentā. ꝑ quā soluit q̄stio mota in ꝑncipio huius tractatus de modis dispositiōs entium. Diuidit aūt ꝑa ꝓticula in duo mēbra. In ꝑo ostēdit mouens ꝑm īmobile ꝛ ꝑpetuū. In ſcḋo oñdit ꝑmū mobile ꝛ primū motū esse ꝑpetuū. Quo ad primū duo facit Primo resumit aliqua ꝑus posita. Secūdo oñdit saū ꝑ positū. Resumit aūt tria. Quātū ad ꝑmū dicit. ꝙ adhuc certius fiet hoc quod dictū est. ꝑmū mouens vicz esse īmobile ꝛ ꝑpetuū si ḋs ꝺsideret ꝑncipia eoꝝ q̄ mouent se ipa hic inferius. vñ resumit ꝙ manifestū est ꝙ eoꝝ q̄ sunt apud nos q̄dā eoꝝ aliquādo mouent ꝛ aliq̄ ḋescunt. ꝑ pter hoc est oñsus in ꝑncipio huius tractatꝰ. ꝙ neq̄ oīa entia mouent. neq̄ oīa ḋescunt semp. neq̄ ꝙ quedaz quiescūt semp. et quedā alia mouent semp. ita ꝙ nihil sit qđ aliq̄ quiescat et aliq̄ moueat Illa em̄ que vtrobiq̄ sunt in motu sez ꝛ in ḋcte fm diuersa tpa. illa habent poñam eius quod est esse vtrobiq̄. ꝙ q̄ volunt possunt moueri et quādo volunt possunt quiescere. His autem demonstratur. ꝙ alia sunt que aliquando mouent. et alia q̄liq̄ quādo quiescunt.

Qm̄ aūt hmōi manifesta sunt volumꝰ aūt demōstrare. et duoꝝ vtrāq̄ naturam quoniā sunt alia quidem ſp immobilia. alia aūt q̄ semp mouent ꝑceden tes aūt in hoc et ꝓponētes oīe quod mouet ab aliquo moueri. et hoc esse aut īmobile aut quod mouetur. et quod mouet aut a seipo aut ab alio semper deueniemus in hoc accipe. qm̄ eoꝝ q̄ mouent est ꝑncipiuz qđ mouet ḋdem quod ipm seipm mouet. oīm aūt īmobile. Uidemus em̄ et manifeste esse hmōi q̄ mouēt ipa seipa. vt aīatoꝝ ꝛ aīaliū genus.

¶ Hic ostendit ꝑmū motorē esse īmobilē. resumēdo ratōnē ꝓpositā. dicens quoniā huiusmodi sunt oīibꝫ ad sensum manifesta. volumus nūc demōstrare vtrāq̄ naturā duoꝝ modoꝝ vltimoꝝ. ſ. ꝙ quedā sunt ſp īmobilia. et quedā ſp mouent. ꝑcedētes aūt hac via ꝛ ꝓponentes que apud nos sunt nota. vicz ꝙ oīne quod mouet necesse ē ꝙ ab alio moueat. Et illud a quo mouetur vel est immobile. vel ipsum etiā mouetur. et si mouet. aut a seipo aut ab alio. semper deueniemus ad hoc. ꝙ oportet nos accipere ꝙ est aliquod principiū in genere mobiliū omniū eoꝝ que mouentur. et hoc mouetur nō ab alio. sed mouet seipm. Est etiā principiū extra genus mobiliū eoꝝ q̄ mouēs

tur. z hoc est īmobile. quia videm⁹ manifeste quedā esse apud nos q̄ mouent seipsa. vt sunt multa gña aiatoꝝ. et aialiū mouentiū se motu ꝓgressiuo.

Nec autē et opinionē obtulerunt ne forte contingat motū fieri cum nō sit omnino ꝓpter id quod in his videmus hoc contingere. immobilia em̄ cū sint aliqñ mouentur itez sicut videtur. Hoc aūt oportet accipere qm̄ fm vnū motū ipa mouent. et quod fm hunc nō ꝓprie. Non em̄ ex seipso est causa. ſz insunt alij motus natura et animalibꝫ fm quos non mouē tur ꝑ seipa vt augmētum z decrementū et respiratio q̄bus mouet animaliū vnūquodq; quiescens cū nō mouet a seipso motū. Hoꝝ aūt causa ꝓtinēs et mlta eorum que insunt aut intrant tantū ꝓpter respirati onem aeris. et quorundā alimentū causa est dum co quitur. quidam em̄ dormiūt. Disgregato autem sur gunt et mouent seipsa cum ꝑmum ꝓncipium extra sit. Unde non semper mouentur continue a seipsis. Aliud em̄ est mouens ipm in oīmbus quod mouet. et mutans vnumquodq; mouentium seipsum. In oīmbus aūt his mouetur primū mouens. et est cau sa ipm seipsum mouendi a seipso fm accidens tātū mutat em̄ locuz corpus Quare em̄ z quod in corpe existens z necario mouens seipm

¶ Hic resumit tercū. vicz obiectiouez seu dubitationē in ꝓncipio huius libri motā ꝓtra motus eternitatē. dicens q̄ hec vicz q̄ animalia z animata mouent seipsa. attuleꝝ runt multis ph̄is opinionem. q̄ motus vniuersaliter in mūdo aliquādo incepit ita q̄ nullus precesserat motus ꝓpter hoc q̄ videmus hoc contingere in istis ranq̄ in mū dis minoribꝫ. Ad sensum em̄ videt q̄ cuz īmobilia z oia quiescentia sunt. aliquādo incipiunt itez moueri. Hanc soluit ph̄us quēadmodū et ꝑus. dicens q̄ ad veritatem intelligendā in istis. oportet accipe q̄ animalia non moꝝ uent se nisi fm vnū motū. z post quietem. z tunc hūc mo tū non mouet ꝓprie ille motor ꝓmus in animalibꝫ qui est anima. cū ipsa nō sit causa illius motus per seipm. ſz po tius ex hoc q̄ mixti alij motus insunt aialibus fm quos animalia non mouent per seipsa. quales motus sunt aug mentū. decrementū. et respiratio. illis em̄ motibus vnū quodq; animaliū mouetur. quādo quiescit a motu loca li tunc etiam nō dicitur mouere seipm. eo q̄ hoꝝ motuū causa nō est anima aialium. sed potius contīnēs. aliquā do sicut aer aliqñ aūt causa est multa que insunt corpib⁹. sicut sunt alimentū quorundā animaliū que dormiunt et quiescunt dum coquitur cybus coꝝ. disgregato aūt nu trimento per mēbra. tunc surgunt z mouent seipa. exq̄ pa tet q̄ ꝑma causa mouens in talibus est extra animā z ex tra animal. Unde subdit ph̄s q̄ hec est causa quare aia lia nō possunt se continue mouere. quia mouens est aliud. z quod mouet est aliud. eo q̄ ꝑma causa. quare quandoq; mouent et qñq; quiescunt. nō est mouens ꝓpter quod a se mouent. sed extrinseca causa que facit in animalibꝫ motꝰ naturales. In oīmbus aūt his motibus motor ꝑmus z intrinsecus. vicz anima mouet ab aliquo alio et causa ip sum seipm mouendi in talibꝫ motibus est q̄dem aia ſz ꝑ accidens. quia talia mouent corpus. ō ꝑ accidens muta tur aia. Unde notat Albertus q̄ iste modus alius ē ab eo quo per accidens dicimus moueri partē quando mo uetur totum. et per accidens moueri albedinē quando subiectuz albedinis mouetur. dicimus em̄ q̄ per accidēs mouetur anima. quia motus corporis redundāt ad ip sam faciunt ipsam esse causam diuersoꝝ motuū. ania em̄ est causa augmenti et decrementi z respirationis et opeꝝ et vigilie. sed non ꝑma. per accidens etiā mouetur fm lo cum. quoniā soluz motū quod ipsa mouet mutat locum. Unde infert. q̄ oīs motor qui mouetur per accidens eius quod ipe mouet. necessario etiam mouetur fm locū quoniā suū motū quod ipse mouet mutat locū. Ubi dic̄ Commentator et Albertus post eū. q̄ vtrum oīe quod mouet in loco. trāsmutet ꝓpter trāsmutationē sui subiecti transmutatōe alterariua. nondū determinatū est.

Ex q̄bus est scire. quia si aliquid est īmobiliū qui dem mouētiū aut z ipoꝝ que fm accns mouent. im possibile est continuū motum mouere. quare si nece est quidem continue esse motuz. esse oportet aliquid primū mouens īmobile. et non fm accidens. si ꝝ vbz sicut diximus in his que sunt esse. incessabilis q̄dem et immortalis motus et manere ens ipm in seipso. et in eodē ꝓncipio em̄ manēte necē z oē manere qđ cō tinuū est ad ꝓncipiū.

¶ Hic ph̄us oñdit ꝓpositū. Et duo facit Primo qđ di ctū est. Secdo soluit dubitationē. Quantuz ad ꝑm⁹ dr. q̄ ex his ꝓtingit scire q̄ si est aliq̄d de nūero mouentiū īmo biliū ꝑ se. qđ tñ mutat ꝑ accns ipossibile est ab illo moue ri motū ꝓtinuū. Quapter ex opposito sequtur q̄ si nece ē esse aliquē motū ꝓtinuū. tūc necesse est aliqđ mouēs īmo bile tā ꝑ se q̄ ꝑ accns. sed q̄a dictū et ꝓbatū est q̄ oportz esse aliquē motū īmortalē et ipassibilē in his q̄ sunt ꝑ na turā. q̄ sit quasi vita oīmbus existentibꝫ. oportet etiā q̄ il lud cuius est mouēs hoc ipm moueat seipm et in eodez ꝓncipio quod est ꝑm⁹ mouens. Illo em̄ ꝓncipio mouente fm vnū modū necesse est. q̄ totū continuū hoc est coniun ctū huic ꝓncipio moueat vno modo. et ideo suū mobile seu motū z suū mouere sp manebit fm naturā.

Non est aūt idem moueri fm accidens a seipso z ab altero. Ab altero quidem em̄ inest et eorum que sunt in celo quibusdaz ꝓncipijs quecunq; sunt plu res ferunt motꝰ. alteꝝ aūt corruptibilibꝫ solū

¶ Hic ph̄us soluit dubitationē hanc vicz. q̄a tā dictū est q̄ nullus motor q̄ ꝑ accns mouet. ꝑt mouere motū ꝑpe tuū. videret sed q̄ motus orbiū inferioꝝ nō posset eē ꝑpe tuus. isti em̄ orbes mouent a motore ꝓprio. ab occidēte in orientē. et ille motus est ꝑpetuus. mouent etiā illi orbes a motore maximi orbis ab oriente in occidentē motu di urno. et sic motores ꝓpij videntur moueri ꝑ accidens z tñ mouent motū ꝑpetuū. Hanc ph̄s soluit. dicens q̄ nō est idē moueri ꝑ accns a seipso. z per accidēs ab alio Per hoc dicitur q̄ motor qui mouetur per accidens a seipso. non potest ꝑpetuo mouere. sed motor cuius mobile mo uetur ab alio q̄ ab ipso ꝓprio motore. ille bene potest mo uere perpetuo. Uerū est tamē q̄ Albertus dicit q̄ illi mo tores inferioꝝ orbium non mouent per accidens. sed ta mē nō videt dictū suū ꝓriū eē huic expositōi. vñ ipe sic dr q̄ motor q̄ ꝓstituit ꝑ eē mobil suū sic aia. in cui⁹ defectu nō

ponit corpus. ille p accñs mouet qñ mouet suũ corpus. sicut statum dictũ fuit. Sed ꝓtingit aliqđ moueri ab alio sic tñ q̃ suus motor non moueat p accñs illo motu. h̃ est ideo. qr ille motor nõ ꝓstituit in esse p suũ mobile ab ipo motũ. et ille motor etiã nõ definit p corpus. z hmõi sunt motores celestiũ corpoꝝ. q̃ sunt separati p definitionẽ. z tñ mouent corpa celestia. Vñ qñ inferiores sphere mouent p aliud corpus. vicz pmã spheram. pm illũ motũ nõ mouet motor ꝓprius. sicut nec mouet illo motu q̃ ipe mouet moueri em̃ p accñs ꝓuenit solũ motoribꝫ corpalibꝫ.

Atuero si aliquid sp est hmõi. mouetur q̃dẽ imobile aũt ipm z ppetuũ necesse est z pmũ quod mouetur ab hoc ppetuũ esse. Vocaũt est manifestũ q̃dem et ex eo q nõ est possibile aliter gñationẽ z corrupti onem z mutationẽ alys nisi aliquid moueat qđ moueatur. Immobile q̃dem em̃ eundem semp mouebit eodem modo et vnũ motũ velut nihil ipm mutans ad id quod mouetur Quod aũt mouet ab eo quod mouetur q̃dem. moto aũt ab imobili iam ꝓpter id quod aliter et aliter se habet ad res non eiusdem motus erit causa. ſz ꝓpter id q in ꝓtrarijs locis aut speciebus sunt ꝓtrarie exhibebit motũ vnũquodq; aliorũ z aliq̃n q̃dem q̃escens. aliq̃n aũt motũ.

¶ Hic pbat pbs pmũ mobile esse ppetuũ. z h̃ duabꝫ rationibꝫ. Quaꝝ pma est. Primũ mouẽs est imobile z ppetuũ. g̃ necesse est pmũ mobile esse ppetuũ. qr nisi sic añ pmũ motũ fuisset motus. Secũda ratio. Gñatio z corruptio istoꝝ inferioꝝ sunt ppetue. g̃ oportet q pmũ mobile et pmus motus sint perpetua Consequtiã pbat. qr ad ppetuandũ gñatões z corruptões nõ sufficit mouẽs imobile. nisi sit etiã quod ab eo moueat. si em̃ esset solum mouẽs imobile. h̃ semp moueret eundẽ motũ. z sic nihil esset mutans seipm in diuersas dispositiões respectu illorũ q̃ mouent vlterius ab ipo. z sic nõ faceret nisi vel gñationẽ tm̃. vl corruptionẽ tm̃. oportet g̃ q motor ille habeat corpus motũ ab ipo. qr illud corpus motũ ab immobili motore. nõ erit causa eiusdẽ motus nec; eiusdẽ formę. eo q motu suo aliter z aliter se habet ad rerũ gñabiliũ z corruptibiliũ materiã. Mobile em̃ eternũ pm q est in ꝓtrijs locis et formis seu aspectibꝫ. contrario mõ se habebit vnũquodq; alioꝝ ab ipo motorũ. p approximationẽ em̃ est causa motus. et per elongationem est causa quietis. et sic erunt aliqua que quandoq; mouent. et aliqua que quãdoq; q̃escant

Manifestũ igit factuꝫ ẽ ex dictꝭ z quod pm pncipia dubitauim⁹. Oim̃ igit nõ oia aut q̃escunt aut mouent. aut alia q̃dem sp mouent. alia q̃dem semp q̃escunt Sed q̃dam aliq̃n q̃dem. aliq̃n aũt nõ Huius em̃ causa manifesta nũc est. qm̃ illa q̃dem ab immobili mouent ppetuo vñ semp mutant. alia ꝓ ab eo quod mouetur et mutato. quare et hoc necessarium est mutari. imobile aũt sicut dictũ est sic simplr et similiter et in eodẽ pmanens. vnũ z simplicez mouebit motũ.

¶ In hac secunda pticula infert ꝯclusionẽ in hoc tractatu intentã. p quã soluit questio in pncipio istius tractat⁹ motã. de modo dispositõis entiũ. Dicit g̃ q manifestuꝫ est ex dictis. q soluta ẽ dubitatio q̃ pus inducta est. quare scz q̃dam aliq̃n mouent z aliq̃n q̃escunt. ptz igit q nõ oia sp quiescũt. nec oia sp mouent. Hec est illa entiuz dispositio. q q̃dam sp q̃escant. z q̃dam semp moueant. sic q nulla sint q̃ aliq̃n moueant z aliq̃n q̃escant. patuit em̃ in predictis q sunt q̃dam q̃ aliq̃n mouent et aliq̃n q̃escunt cuius causa etiã manifesta est ex nũc dictis. Manifestuz est etiã ex dictis. q q̃dam sunt q̃ nunq̃ mouent. nec p se. nec p accidens. sicut motores celestes. q em̃ nõ mouẽtur per se causa est. qr sunt indiuisibiles. sed q nõ p accidens mouent causa est. qr nullius corpis sunt actus. Alia aũt que pm oẽ tempus z ppetuo mouent. z illa sunt corpa celestia q̃ mouent ab imobili motore z mouẽt seipa. ideo p petue mutant seu mouent. Alia ꝓ q̃q; mouent et q̃q; quiescunt. Cuius causa est. qr mouent ab alio extrinseco sibi quod diuersimode respicit ipa p suũ motũ. sicut sunt gñabilia z corruptibilia. et ideo mouẽs ista inferiora necesse est mutari. sed mouẽs imobile et motũ a seipo nõ habent aliũ motũ ꝓter localem. Vñ ꝯcludit q mouens immobile simplr sic mouẽs vt dictũ est. silr in eodẽ pmanẽs mouebit vnũ motũ tm̃ z simplicẽ.

¶ Circa hũc tractatũ mouent q̃dam q̃stiones.

Utr talis sit dispositio entiũ. q q̃dam semp mouent. q̃dam semp q̃escunt. q̃dã ꝓ alia q̃ aliq̃n mouent z aliq̃n q̃escunt. Et arguit q nõ. qr possibile est oia qui escere quia possibile est oia substistere in suo esse creato. et sic p poñam creantis ꝯseruari sine motu. Secũdo sic. Possibile est oia moueri. qr omne quod est. vl est bonũ p essentiã vel p ꝓticipationẽ. Si primũ. sic est suꝑius vl ꝯmunicatiuũ seu diffusiuuz. ac p hoc motiuũ. dicẽte Dionysio. q deus q̃ est summũ bonũ nate. mouet ad oia inde ficientibꝫ sue bonitatis distributiõibꝫ. scõz ꝓ mouet appetibiliter pm assimilationẽ pmi boni. Tercio sic. Omnia entia vicissim aliq̃n mouent z aliq̃n quiescunt. g̃ nulla st; q̃ semp moueant. nec q̃ semp q̃escũt. Añs pbat. qr natura est pncipiũ mouendi z q̃escendi in eis. Quarto sic. Nihil est quod sp moueat. pbat. quia tale esset frustra. sz deus et natura nihil faciũt frustra ꝓ⁹ celi. q aũt esset frustra. patz ex rõne frustra Dicit em̃ frustra. quod ordinatũ est in finẽ quẽ nõ ꝯsequit. sed ois motus ordinat in q̃dam sicut in finem. quẽadmonũ poña ordinat finaliter in suũ actũ. Quinto sic. Nihil est in entibꝫ quod semp q̃escat. pbat. Si sic. maxime esset h̃ pmus motor. sed hoc nõ. qr ipe nõ mouet. g̃ nec quiescit. tenet ꝯsequẽtia. quia opposita h̃nt fieri circa idem. In oppositum arguit auctoritate pbi in ſra.

Maior. Iudicio sensus standũ est in sensibilibꝫ.
Minor. Motus est sensibilis nature actus.
Cõcło. Igit cũ videam⁹ aliq̃ q̃q; moueri. z q̃q; q̃escere. nõ oportet de hoc rationis iudiciũ inq̃rere.

¶ Maior patet. Quia sicut cuilibet erudito in sua arte magis credẽdũ est q̃ alieno. Ita sensui naturaliter instructo de ꝯgnitione sui sensibilis magis credendũ est q̃ rationi nõ ꝯgnoscẽti sensibile p formã sensibilẽ. sed p formã intelligibilẽ a sensibilitate abstractã. Sic in ꝓposito motus z quies cũ sint sensibilia ꝯmunia p se. ꝯgnoscũt p sensum seu a sensu. Dicit aũt notanter sensui naturaliter instructo. qr aliq̃n ex indispositione organi. vl remotõe sensibilis. aut aliq̃ alio accidẽte turbãte mediũ ꝓtingit errare sensus iudiciũ. ¶ Scõa ꝓpositio. q mot⁹ sit sensibil

patz ꝑ ꝓbum secūdo de aīa. ⁊ ꝙ sit actus nature patz. ꝑ eūdem secūdo phȳsicoꝝ ¶ Cōclusio sequtur ex p̄missis ⁊ est ꝓbi in textu dicētis ꝙ q̄rere rōnem huius quod est q̄escere vel moueri dimittēdo sensum est quedam infirmitas intellectus ¶ Secundi discursus

Maior Septem modis ꝓtingit intelligi. dispositionem motꝰ ⁊ quietis in rebꝫ fieri Minor Sed exigunt sensus ⁊ ratio. vt in triplici genere cōstet hec dispositio Conclusio Igit̄ Cōcedēda est talis in entibꝫ dispositio quā tāgit mota questio.

¶ Maior patz. quia ly ꝓbus in lra manifeste solum ꝺn ponat. tñ Albertꝰ ꝑ illoꝝ maiori intellectu ꝺr esse septem modos entiū quos posuerūt diuersi phi. Quoꝝ primus est. ꝙ oīa semꝑ q̄escant sicut dixit Xeno. Scōs est ꝙ oīa semꝑ moueāt sicut dixit Heraclitꝰ Tercius ꝙ oīa q̄ꝝ moueāt ⁊ quādoq̄ q̄escāt. sicut dixerūt Anaxagoras ⁊ Empedocles. Quartꝰ vt entiū q̄dam sp moueāt ⁊ q̄dam sp q̄escūt. ita ꝙ nullū ens sit ꝙ aliq̄n moueatur ⁊ aliq̄n q̄escat. sic̄ dixit Pythagoras. Quintꝰ. ꝙ q̄dam sp moueāt ⁊ alia q̄ꝝ moueāt ⁊ q̄ꝝ q̄escāt. ita ꝙ nullū ens sit qꝺ sp q̄escat. Sextꝰ est ꝙ q̄dam semꝑ q̄escāt. ⁊ alia q̄ꝝ q̄escāt ⁊ q̄ꝝ moueāt. ita ꝙ nullū ens sit qꝺ semꝑ moueat. Septimus est. vt inueniant in entiū diuersitate tres modi simul. scz ꝙ q̄dam sp moueāt. ⁊ q̄dam sp q̄escant. ⁊ q̄dam q̄ꝝ q̄escant ⁊ q̄ꝝ moueāt. Et hunc vltimū modū. p. tāgit ¶ Sēda ꝓpō pz ꝑ ꝓbm i deductōe materie totꝰ scōi tractatꝰ. Manifestū est em̄ ꝙ in vniuerso entia p̄nt se habere in triplici ꝺrīa. eo ꝙ q̄dam ꝓtinue moueāt. q̄dam ꝓtinue q̄escūt. q̄dam q̄ꝝ moueāt ⁊ q̄ꝝ q̄escūt. Dicit aūt notanter. sensus ⁊ rō exigūt. ꝙ duo gña entiū sunt nobis ad sensum manifesta Primū est simpliciter sensui manifestū. scz ꝙ q̄dā q̄ꝝ moueāt q̄ꝝ q̄escunt. vt ꝺr in textu. Scōm scz ꝙ q̄dam semꝑ moueāt est etiā sensui manifestū cuius nō ita ꝑfecte. eo ꝙ sensus nō est sempiternoꝝ. ideo nō ꝑt iudicare motū sempiternū nisi eterno suo quo sensus ipe durat Et ideo ꝓplemētum iudicij talis gñis est q̄dām̄o ex rōne nō ꝼm se sumpta sz sensui immixta. Terciū ꝓo genꝰ entiū ꝓgnoscimꝰ rōe tm quo ꝓgnoscimꝰ celestia corpa a se nō posse moueri sz solum a motore immobili ¶ Cōclusio pz ex p̄missis ⁊ ꝑ ꝓbum in fine tractatꝰ scōi eam inferētem ex omnibꝫ in secundo tractatu determinatis

Ad rōnes Aū oppositū factas. Ad ꝓmā ꝺm est. ꝙ ly ꝙes ꝑt est q̄dam ꝑmanētia immobilitatis supnaturalis nō p̄iudicaret creature ꝼm suum esse creatū vt tale. sed tñ p̄iudicaret ꝙes ꝑt est ꝓuatio motꝰ creature naturali ꝼm ꝙ naturalis est. Si em̄ naturalia sp q̄escerēt ipa natura destitueretur ꝑpetue a sua opatōe essentiali qꝺ esset eam otiari ⁊ a suo fine desiderabilissimo impediri Ad scōam ꝺm ē. ꝙ talis motio boni causalis est finalis actio ꝺi q̄ ꝓuide vocat ⁊ allicit alia ad suam similitudinē ꝓcipādam ⁊ hec nō est motꝰ. Sic̄ tendētia illa appetitiua bonoꝝ creatoꝝ ad similitudinē boni increati nō est motꝰ nisi metaphorice. sic̄ efficiēs ꝺr mouere a fine Ad terciā ꝺm est. ꝙ natura vlis est ꝓncipiuz mouēdi ⁊ q̄escēdi alic̄ q̄ natura ꝓticularis. qz natura ꝑticularis est cā vicissitudinis motꝰ ⁊ q̄etis in eodē. naturа ꝓo vlis in diuersis. vt ꝓpria motꝰ vlis ⁊ infinita in ꝓmo mobili siue in celo. ⁊ q̄etis vlis in terra ꝼm ꝙ est cētꝝ vniuersi Ad q̄rtam pz solo ex iam dcā solutōe ad terciam qz motꝰ celi nō ordinat ad finem in suo mobili acq̄rendo sed in finem extra se ⁊ qui est in alio. vt ꝺr scōo celi Vel ꝺicēdum ⁊ idē i redit. ly motꝰ q̄ est actus impfectus ex ꝑte mobilis ꝑficiat in termio ⁊ ad'eum vt in finem ordinet q̄ habito etiā mobile q̄escit. vt ꝺr ꝓmo de gñatōe. eo ꝙ sp ē inter ꝓtraria talis motꝰ. tñ motꝰ q̄ est actus ꝑfectus ex ꝑte mouētis ⁊ mobilis cuiusmōi est circularis nō ordinat in q̄etez seu terminū. tñ qz nō est ꝓpr̄ indigētiam mobilis q̄ ad motum rectꝰ. nec est inter ꝓtraria sic̄ motꝰ rectꝰ. ly est ab eodem in idem. ⁊ ꝙ mobile ꝑpetue mouet illo motu, q̄re nō est frustra cum ꝑpter illū sit vita oibꝫ deorsum subsistētibꝫ Ad q̄ntam ꝺm. ꝙ ꝙes dupl̄r accipit Vnoꝰ vt notat ꝑmanētiā q̄lemcūq̄ siue naturalē siue supnaturalem Alioꝰ vt notat ꝑmanētiā rei naturalis q̄tū nata ē moueri aut mutari seu aliter se habere. Per ꝺm ꝺm. ꝙ in isto gradu vltimo ⁊ ꝓo dispōnis entiū accipit ꝓmoꝰ ꝑt scz immobile etiā ꝓtradictorie ꝺr q̄escere. ⁊ nō accipit secūdo mō ꝑt scz est ꝓuatio motꝰ. qz sic ꝓcederet argumētum Et q̄uis posset dari de eo ꝙ semper q̄escit de terra inq̄tum ipa est cētꝝ. vt ꝺr scōo celi. tñ nō est vex de terra simpliciter. qz mobilis est motu alteratōis. etiā ꝑtes mobiles sunt ꝼm locū Nec valeret ꝺ ad ꝓpositū. qz ꝑ illam dispōnem entiū ostendit ꝓbs ꝓmum motorem simpl̄r esse immobilem ¶ Sequit secūda questio

Utrum Grauia ⁊ leuia ꝑ se moueāt a gñante ⁊ ꝑ accns a remouēte ꝓhibens Et videt ꝙ nō moueant a gñante. qz grauia ⁊ leuia mouent a ꝓncipio intrinseco. ly gñans non est intrinsecū gñato cū sit ei⁹ cā effectiua q̄ est extrinseca. ꝺ nō mouent a gñante Maior ꝓbat ꝑ ꝓbum scōo phȳsicoꝝ. vbi ꝺr ꝑ ꝺ oīa naturalia differre ab artificialibꝫ. qz naturalia cuiusmōi sunt grauia ⁊ leuia hñt intra se ꝓncipiū sui motꝰ. artificialia ꝓo nō Scōo Contingit graue vel leue moueri postq̄ gñans est corruptuz sed nihil mouet ab eo quod nō est. ꝺ tale graue vel leue nō mouet a generāte Tercio sic. Quod mouet a ꝓncipio extrinseco mouet violente. sed gñans est extrinsecus corpi naturali. ꝺ si mouent a gñante mouent violēte ad sua loca. qꝺ est ꝓtra ꝓbm q̄rto phȳsicoꝝ. ⁊ q̄rto celi. Maior est ꝓbi tercio ethicoꝝ. Quarto sic. Actꝰ essentialis grauitatis est grauire qꝺ est deorsum esse vel tēdere deorsum. sed mobile actuatū ꝑ grauire qꝺ est deorsum tēdere necario mouet deorsum. sic ⁊ mobile actuatum ꝑ grauire qꝺ est deorsum esse. illico q̄escit deorsum. ꝺ grauitas ē cā motꝰ ⁊ q̄etis in grauibꝫ. ⁊ ꝓ ꝙ nō mouent a se ⁊ a ꝓncipio intrinseco Maior pz ex definitōibꝫ duplicibꝫ grauiū ⁊ leuium positis in ꝓmo libro. ⁊ in quarto de celo ⁊ mundo

Quinto sic Nihil citra ꝓmū agit ꝑ suam essentiā. ꝺ generās nō mouet ꝑ se graue vel leue gñatū Tenz ꝓña. qa qꝺ alicui ꝓuenit ꝑ se. ꝺ ꝓuenit sibi essentialiter Sexto sic Grauia ⁊ leuia mouent naturaliter a suis locis naturalibꝫ. sed loca naturalia nō sunt gñantia. ꝺ nō mouent a gñante Maior est ꝓbi q̄rto phȳsicoꝝ. ⁊ q̄rto de celo ⁊ mundo Minor est nota. qz nulla passio ē cā seu gñans sui subiecti. sed locꝰ est passio exterīseca corpis mobilis. Septio sic. ⁊ est ꝓtra scōm. Oꝫ nō moueant a remouēte ꝓhibēs. qz oīne mouēs influit aliq̄d in mobile. sed remouēs ꝓhibens nihil influit in mobile. ꝺ nō mouet ipm. Maior est ꝓbi tercio phȳsicoꝝ Minor est nota. qz nulla forma ārtis puta lapis a diuellēte colūnam. Et ꝓfirmat. qz remouēs ꝓhibens moueret ꝑ accns. qz ꝼm ꝓprem vel q̄a ꝼm aliqꝺ accns neutꝝ ꝑt dici. ꝺ. Maior ꝓbz a sufficiēti inductōe. Minor ꝓbz ꝓsiderāti remouēs ꝓhibens ¶ In oppositū

arguit p phm in textu Et p respõsione est hec

Maior Motꝰ diuisus ẽ diuisiõe trimẽbri ad bi membrẽ tñ reducibili Minor Oñe actiuũ mo uet passiuũ. qõ est in potẽtia naturali ad ipm Cõ clusio Grauia z leuia de potẽtia essentiali mouent a generãte. de potẽtia vero accidẽtali z p accidẽs a remouente prohibens.

¶ Maior pz quo ad pmã ptem in textu. vbi tãgit diui sio motus in naturalẽ. aialem z violentũ. Exẽplũ pmi vt motꝰ ignis sursum. exẽplũ scdi. vt motꝰ pgressiuꝰ aialis exẽplũ tercij. vt motꝰ pectõis lapidis vel hmõi Scda ps phak. qz motꝰ aialis reducit ad naturalẽ z sub eo ꝓ hendi pt qm̃ naturale est corpi aiato vt hmõi tali motu puta pgressiuo moueri a tali motore. scz ab aĩa Vel. tñ est q motꝰ aialis ꝓsideratus soluz ex pte corpis put mix tum qõdam est ex elemẽtis pt esse aliqñ naturalꝫ z aliqñ violentꝰ. qñ em̃ aia mouet corpꝰ pm inclinatõem suã quã hz ab elemẽto pdominãte tũc est naturalis. qz si nõ mo ueret ab aĩa nec detineret adhuc moueret illo motu. sed qñ mouet ꝓtra talem inclinatõem sic̃ est in scansione sur sus. tũc ex pte corpis motꝰ talis est violẽtꝰ. aialis tñ est respectu totꝰ ꝓpositi ex aĩa z corpe Vñ si aia nõ moueret corpꝰ nisi pm suã naturalẽ inclinatõem. moueret ipm si ne fatigatõe z pena. ppt ea aia nobilit mouet celeste corpꝰ motu sempiterno sine fatigatõne sine labore sine pena. vt habet scdo celi ¶ Scda ppõ pz p phm in textu. qz illõ mouet simplr z absolute qõ hz in se susceptiuã z passiuã poñam recipiendi poñam pm quã mouet ipm suꝰ mo tor p inchoatõez ipsiꝰ forme i ipo quã intẽdit imꝑ mere suꝰ motor p motũ q̃ mouet ipm z hz in se pncipiũ p te et nõ pm accns sic poña cale vt poña calidũ vel frigidum fit actu calidũ vel frigidũ informatiue pm q̃litatez illam ad quã fuit ordinata etꝰ poña Et silr est de eo qõ est in potẽ tia q̃tum vel in poña vbi. Dico aũt absolute z simplr ra lia esse q̃ mouent naturalr (inq̃t Albertꝰ) ꝓpter ea q̃ mo uent violẽte. qz illa aliqd nature hñt in motu q̃ mouẽtur sed nõ absolute z simplr mouent pm naturã sed pm qd. vt patz tercio de celo z mũdo Vñ subdit Albertꝰ. Loco pncipiũ passiuũ receptiñ in q̃ inchoata est forma agẽtis hm̃ mõ quo dixi in pmo hoꝝ libroꝝ. qz ois forma mouentis inchoata est in materialiter em̃ nõ. est materia ꝓpria neq; mobile ꝓpriũ motori suo magis q̃ aliꝰ. oportz em̃ q̃ mouẽ tia inferãt passiones suis ꝓpriis mobilib z agẽtia suis p prijs passiuis Et hmõi passiui z mobilis gñale signum est qñ in eo talis inuenit poña q̃ nõ indiget nisi vno deter minato motore vt exeat in actũ. Si em̃ plꝰ exigeret tũc nõ esset p se appropata vni. z sic nõ esset alicuiꝰ agẽtis p ꝑum passiuũ sic̃ figura hois poña est in semine hois (Et subdit Alb.) Dico aũt q̃ hec poña insit illi passiuo p se z nõ pm accns. qz aliqñ idem nũero mobile mouet ad q̃ le z q̃tum. sed tũc altez alteri accidit z nõ est ei ẽntiale. sic̃ qñ calidũ poña fit actu calidũ. tũc em̃ ideo q̃ calor est dissoluẽs z extẽsiuꝰ id qõ fit calidũ fit etiã maioris q̃ti tatis. h̃ forte nõ fuit in intẽtõe agẽtis. sed ideo fit. qz tal extẽsio accidit calori qñ est in materia dissolubili z extensi bili ¶ Conclusio q̃ ad pmã ptem ꝓbat. qz ab illo gra uia z leuia mouent a q̃ capiũt formã. sed formã capiũt a gñante. g̃ z motũ Maior ꝓbat. qz dãs formã dat ꝑfe ctia formã cuiusmodi sunt motꝰ z locꝰ Minor ꝓbat. qz generãs ducit poñam pmã z essentialẽ ad actũ dãdo sibi formã. vnde nihil pt seipsum de illa poña essentiali du cere ad actum Est em̃ duplex poña essentialis q̃ scz mo bile natum est suscipe actũ p mũ a mouẽte. sic̃ ille q̃ nullã habet sciam. sed est addiscẽs. dr in poña essentiali ad sciam Et est poña accñtalis illa videlz q̃ mobile est in poña ad actũ scdm. ꝓtingit em̃ aliqd esse in actu pmo z tñ in poña ad actũ scdm ꝓpter aliqd impediẽs. sic̃ ille q̃ hz habitum scie est in actu pmo z si nõ ꝑsideret vel operet pm illam. dr in poña adhuc ad actũ scdm. Sic est de graubꝫ z leui bus. illud em̃ qõ est graue in actu est in poña essentiali ad leuitatẽ z ad locum sursum. sed qñ iam hz actu leuita tem z tñ detinet adhuc deorsum p aliqd ꝓhibens ascen sum eiꝰ tũc est in poña accñtali. scz ad esse sursum. qz cu ius motus est esse. illius motiuũ est essentia vel forma. sicut cuiꝰ calor est esse. illiꝰ caliditas est essentia formalis sed grauis esse est esse deorsum. z esse leuis est esse sursuz g̃ cum ita se habeat fieri ad esse sic̃ motus ad q̃tem rõne ꝑsimili sicut esse pfectum grauis est q̃escere deorsum. ita fieri eius deorsum est illuc moueri seu descẽdere. g̃ graue in actu grauitatis ꝑpleto nõ ꝓhibitũ extrinsecꝰ necario est deorsum q̃tre z immobiliter. ꝓhibitũ aũt nihilomi nus est deorsum incẽtum p mittit ꝓhibens suũ seu obsta culum. si ergo tale ꝓhibens remoueat. necesse est tale grae p formalẽ actũ sue grauitatis ꝓtinue descendere.

Maior Quod mouet a se. est in partẽ mouentẽ z motam diuisibile Minor Hoc habet intra se ꝑpletũ sui motus pncipiũ. quo pt incipe z pausa re motum Cõclusio Igit cum grauia z leuia nõ sint in ptem mouẽtem z motã diuisibilia. nec potẽti am sistendi motũ habẽt. a seipis moueri nõ possunt

¶ Maior patuit septimo physicoꝝ. qz nihil pt moueri a seipso p se pmo. seqret em̃ q̃ vnum z idem respectu eiuꝰ dem esset in actu z in potẽtia ¶ Secũda ppõ ptz. qz illud habet intra se ꝑpletum pncipiũ sui motus qõ pt incipere z pausare motũ. sed illud qõ est diuisibile in ptem mouẽtem z in ptem motã pt incipe z pausare motũ. g̃ hz in se ꝑpletũ sui motꝰ pncipiũ. Maior ptz. qz p q̃tem cõ plex motus. g̃ qõ est cã q̃tis z motꝰ est cã ꝑplera z pnci pium ꝑpletũ motus Minor ꝓbat. qz aĩal diuidit in ani mã tanq̃ ptem mouẽtẽ. z corpus tanq̃ ptem moti. z. aĩa em̃ cũ sit eleuata supra naturã seu formã naturalem ipa pt mouere corpꝰ qõ informat de loco ad locũ p eãdem etiã poñam p quã mouet potest resistere z nõ mouere corpus

Sz ꝓtra Moueri z mouere ꝓuenit tot aiali. g̃ male dr q̃ mouere ꝓuenit aĩe. z moueri corpi. Vñs pz. qz actꝰ z opatões sunt suppositoꝝ. Solo. negãda est ꝓña. qa lz aĩal moueat z etiã ipm moueat. nõ tñ p se pmo sed gra ptis ¶ Cõclusio seqt ex pmissis. qz grauia z leuia sunt corpa homogenea z z eiusdẽ rõnis in oñibꝫ ptibꝫ. q̃re nõ hñt intra se pncipiũ sui motꝰ sic̃ aĩalia in qbꝫ aĩa nedum mouet sed etiã nerui z musculi qbꝫ mediantibꝫ aĩa mouet corpꝰ Sed ꝓtra Sicut in aialibꝫ aĩa distinguit a corꝑe. ita etiã in corporibꝫ simplicibꝫ grauibꝫ z leuibꝫ forma distinguit a materia pm definitõem. igit forma pt etiaz mouere materiã. z p ꝑs etiã distinguunt z diuidunt in ptem mouẽtẽ z motam Solo. nõ est simile de mate ria simpliciũ corpoꝝ z aĩaliũ. qz materia simpliciũ corpoꝝ pm q̃ est ens in poña non est mobilis aliquo mõ. q̃ optz q̃ mobile actu sit. sed materia distincta ab elemẽtis non est nec habet rõem entis in actu. sed corpi vt corpꝰ conue

nit motus. Iz nō ille vel ille nisi ſm aliquā formā ſpecificā Etiā nō q̄liter forma ōr ps mouēs sui toti⁹ sed solū illa q̄ non vnit materie in rōne forme. sed etiā in rōne efficiētis cāe cuiusmodi nō est forma pure naturalis. sed aia est hmōi. vt ōr ſcō de aia. z in h̄ supgredit aia formā naturalem. z ideo ph̄us in textu capło ſcō ꝓbat aiam z corpus artifici z artificiato Sicut em̄ in artificiatis motor artifex diuisus est. ita est etiā in aialib⁹ z in omnib⁹ que seipa mouēt Pret h̄ solū (inqt Alb̄e.) q̄ artifex extrinsec⁹ ē ad artificiatū z distinguit ab eo loco z subiecto z definitōne Anima āt nō gnāl̄r distinguit a corpe qđ mouet ſm esse sed gnāl̄r distinguit ab ipo ſm defnitōem. Et quia forma in elemētis aut grauib⁹ z leuib⁹ nō habet rōem mouētis. ideo non mouentur a se. sed ab alio. Sed contra Dicit in textu capło ſcō. q̄ oīne qđ mouet. mouet ab alio g̃ male ponit dr̄ia inter aialia z inaiata. qr aialia mouēt a se. z inaiata ab alio Solo. ab alio accipit dupl̄r. vno mō cōiter tam ꝑ eo qđ est distinctū ab aliquo loco z subiecto. seu ſm esse z definitōem simul. z sic accipit in illa ꝑ põne vii phi. Alio mō accipit. alio. solum ꝑ distincto ab aliq̄ ſm esse seu subiecto z loco z ſm definitōem simul. z sic accipit in illa dr̄ia. ꝑ° mō ab alio ꝓficit de motore extrinseco z intrinseco. Sc̄do° ab alio. valet tm̄ sic ab extrinseco Sed ꝓtra Mouent̄ p se ōr in textu. g̃ male ōr q̄ ab alio. Cōsequntia ꝓbat. qr qđ alicui ꝓuenit ab alio. nō ꝓuenit sibi p se Solo. stz bn̄ mobilia p se eo q̄ h̄nt aptitudinē ad illū motū ex sua forma. Iz nō sunt mobilia a se. ponam passiuā mouēdi ad sua loca h̄nt p se. sed actū non h̄nt a se in gne cāe efficiētis sz ab alio scz gnante

Ad rōnes Añ oppositū. Ad ꝑmā dom̄ q̄ grauia z leuia h̄nt tene in se ꝓncipiū actiuū instrumētale sui motus z nō ꝓncipale. z sic sunt mouētia mota. z p ꝓns magis sunt subeffectiua q̄ effectiua motus z mobile rōne suor⁹ ꝓncipior⁹ passiuū z materiale. z ideo dcm̄ est scō phyſicor⁹. q̄ natura est ꝓncipiū et tā mouēdi z q̄escendi passiuū nō actiuū. sed effectiū p se ipm̄ est gnāns. z p accns remouēs ꝓhibens Ad scām dom̄. q̄ duplex est gnāns. scz vle scz celum. z ꝓticulare vt ignis gnāns ignē modo ꝓticulari gnante corrupto tene pt aliq̄d moueri. nō aūt corrupto vli agēte. Etiam dom̄ q̄ cuius gnāns nō maneat cū genito ſm subam. tñ semp manet ſm ꝑtutem. qſi ꝑtus generātis saluat in genito. z h̄ in forma subali ipius geniti. qr ex forma subali genitum hz quādā ꝑtutē ad motū. sic in sili pz de ꝑtute formatiua in semine. cuius em̄ aial interdū postq̄ semē abeo decisum est moriat. nihilomin⁹ fit gnatio alteri⁹ aial qr ꝑtus aialis gnantis mortui ꝓseruat in ꝑtute seminali q̄ est ab aiali diffusa. Et sic gnans etiā nō distat a genito ſm ꝑtutem. Iz distet ſm subam. Ad terciā dom̄. q̄ nō omne qđ mouet a ꝓncipio intrinseco mouet violēte. nec h̄ est de mēte phi tercio Ethicor⁹. sed h̄ est violentū qđ fit a ꝓncipio extrinseco nō ꝓferente vim passo. mō in grauib⁹ z leuib⁹ passum ꝓfert vim. id est habet naturalē inclinatōem ad illum motū. qr motor imꝑmit sibi formam q̄ inclinat ipm̄ ad talem motum qđ nō facit mouēs violentum Ad quarrtam dcm̄ est in solutōe ad ꝑmam. Vel dom̄. q̄ tene ꝓbat ipum moueri deriuari a virtute grauitatis z leuitatis ꝑut grauitas est poña ſm quam graue natuz est moueri z quiescere deorsum Et leuitas potētia mouendi passiue z mobiliter ipsorum leuiuz. sed non probat ipsam motionem seu ipsum mouere ab his qualitatib⁹ profluere Sed contra. Iste qualitates vocantur motiue. ergo sunt actiue. eo q̄ actiuitas nominat aptitudinem actiuam Solutio. verum est q̄ sunt actiue formaliter z finaliter. ex quo graue ꝑ grauitatem formaliter tendit deorsum z inclinatur appetibiliter ad locū sue naturalis ꝓseruationis. sed non mouet efficienter nisi instrumēt̄aliter in q̄ntum supponit influentie motiue generantis. Ad quintam dicendum. q̄ est duplex mouere seu agere. scilz formale z effectiuum. Nec est inconueniens q̄ mouere formale exeratur a forma. sicut esse ab essentia. sed sicut probat obiectio hoc repugnat ipsi efficienter exercito. eo q̄ nullum creatum est in actu exercito ſm suam ꝓpriam naturam. eo q̄ ꝑ se participat esse. z sic est in actu potentiali siue potētie ꝑmixto. Ad sextam dicēdum est. q̄ non mouentur a locis suis efficienter. sed solum finaliter. sed motus quo finis mouet nō est phyſicus sed metaphoricus. vt patet ꝑmo de generatōe z corruptōne

Ad septimum dicendū. q̄ tene probat q̄ non mouentur ꝑ se a remouente ꝓhibens. non tamē probat quin ꝑ accidens. Ad confirmatōem dicendum est. q̄ licet remouēs ꝓhibens nō moueat ſm partem aut ſm accidēs mobilis. mouet tamē ſm partem vel ſm accidens motionis. z ergo tene dicunt grauia z leuia per accidēs moueri a remouente ꝓhibens Verbi gratia Cum aliquis mouet lapidem columne innixum tūc per remotionem colū ne accidit illi mouenti z accidēt̄aliter sibi aduenit contractus columne ꝑ quē ꝓtractū pellit illud graue.

¶ Secunda questio

Utrū omnia mouētia mota reducant̄ ad aliqđ vnum ꝓmum mouens seipsum quod vlterius est reducibile ad vnum ꝓmum mouens immobile Et videtur q̄ non. quia seipsum est relatiuum identitatis reciproco cum supponens pro eodem in numero cum suo antecedēte. ergo idem esset mouens motum z in actu z in potentia respectu eiusdem. z p consequens nullum est mouens seipsum. Secūdo sic. Omne quod mouet. mouet ab alio. ergo nihil mouet seipsum. Antecedens est philosophi in secundo capitulo. Consequētia ꝓbatur. quia moueri ab alio z a se differūt sicut idem z diuersum.

Tercio sic. Omne mobile est diuisibile. sed ꝑmū mouens non est diuisibile. ergo non est mobile. z p consequēs non mouet se. Maior est philosoqhi septimo phyſicor⁹. Minor ꝓbatur. quia est incorporeū. vt dicitur in hoc octauo. sed omnē incorporeū est indiuisibile. Quarto sic Primus motor est immobilis. sed ꝑmum mouens est ꝑmus motor. ergo est immobile. z p consequens non mouet se Maior est philosophi in hoc octauo phyſicor⁹ Minor ꝓbatur. quia motor z mouens rem idem dicūt. differentia solum ſm habitū z actum ſm nomen Quinto. mouens seipsum est animatū. sed ad quod omnia mouētia mota reducunt non est animatū. ergo non reducūtur omnia ad mouens seipsum. Maior est philosophi in textu capitulo secundo. exemplificādo in secūda diuisione de animatis. Minor ꝓbatur. quia omnia reducunt ad celum. sed celū non est aiatū cum sit corp⁹ simplex Sexto sic Primum in vnoquoq̄ ordine debet esse simplicissimum z coordinatis sibi ꝓgeneum. sed mouēs seipsum est compositum. z p consequēs alijs se non mouentib⁹ extraneū quātum ad ꝑmum sui motus effectiuū ꝓncipium z eis non coordinatum Septimo sic. Q̄z non sit reducibile vlterius ad mouēs immobile. quia ex immobili z mobili non potest fieri aliquod vnum sed ꝑmum mouēs est

pars ꝑmi mouentis seipsum. ergo non reducit ad pri⁹ mum mouens immobile Maior ꝓbatur. quia si sic. im mobile esset mobile. quia vnio est copula indiuisa vnitor sed illa que sic copulant non possunt habere discretos et oppositos actus ita q vnum moueat z alterum non. sic⁹ dem motis nobis mouentur omnia quem nobis sunt.

¶ In oppositum est philosoph⁹ in textu Pro resp̄ sione ponit primi discursus

Maior Tria sunt in ordine mouentiū z mobi/ lium. scilz mobile tantū. mouens tantū. z horū me/ dium quod est mouens motum Minor Nō p uenitur ab vltimo ad primū. nisi per mediū Con clusio Ergo Ordo mobiliū resoluit proxime ad or dinē mouētiū motor quē oportet vlteri⁹ reducere. ad vnū mouens immobile

¶ Maior patet in textu. quia mouēs tantū est intelli⁹ gentia. motum tantū est vltimum corpus vniuersi. z mo uentia mota sunt intermedia ¶ Secunda ꝓpositio pa ret quinto physicor. vbi dicitur q medium est in quod prius quenitur q̄ in vltimum Et ita econtra si fiat ꝓces sus ab vltimo ad ꝑmum oportet transire p medium alⁱs esset ibi saltus z interruptio legitimi ordinis. ¶ Cō clusio sequitur ex p̄missis. quia in hoc ordine ꝑmuz est mo uens tm̄ z vltimū motum tm̄. z sic medium est mouēs z motum ¶ Secundi discursus

Maior Omne motū p accidēs reducit ad mo tū per se Minor Oīe p se mouēs motū. est mo uens seipm Conclusio Igitur In genere mouen tiū z motor est vnū primū mouēs seipm. quod est primū mouēs in genere. ātequod est primū mouēs extra gen⁹ simpliciter immobile.

¶ Prima ꝓpō patet de se. quia sicut accidēs reducit ad substātiam. z ens p accidēs ad ens p se. z ꝓtingens ad ne cessariū. z quod aliqñ est. z aliqñ nō est ad id quod semp est. ita motū p accēs reducit ad motū p se. ¶ Secūda ꝓpō pz. quia hoc habet ꝓncipiū sui motus intra se z nō est motū p aliqd extrinsecū. z ꝓter hoc est mouēs seipm z maxime ꝑmū qđ non mouet p ptic̄patōnem extrinseci motoris. sicut aīalia in hoc mūdo inferiori mouēt seipsa ēn ex ptic̄patōe ꝑmi mouētis seipsum. qz añ q̄ mouēt pri us mouent a ꝓtinēte in quo sunt ꝓtutes ꝑmi mouentis seipm. ¶ Conclusio sequit ex p̄missis z fundat in eo qđ 8o secō metaphysice. q cum aliqd reꝑit in pluribꝫ nō eq⁹ uoce sed vniuoce. oportet q p pri⁹ reperiat in aliquo vno z ꝑmo illius multitudinis. z idem habetur duodecimo metaphysice. sed mouere z moueri reperiunt in plurib⁹ ergo oportet ea p ꝑius reperiri in aliq̄ vno cui p se ꝓueniūt illa z non ab alio. z hoc est ꝑmum mouens seipsum cui⁹ motor est semp in actu. z motus est omniū aliorum mo/ tuum causa. Hoc aūt ꝑmum mouēs seipsum dicitur ꝑ/ mum mouens in genere. quia ꝑmum est inter ea que mo uent z mouētur. Ante hoc tamē est mouens quod est ex tra genus mouentiū z motorum. que scilz mouent z mo uentur. z hoc est simpliciter immobile tam p se q̄ p acci/ dens Et ita reductio multitudinis ad ꝑmum mouens seipsum non est reductio ad ꝑmum simpliciter. sed est re/ ductio vltimor in tota coordinatione mouentiū z mobi lium ad mediū. quod est compositū ex oppositis ꝓtutib⁹ extremor. z hoc reducitur ad ꝑmum mouens immobile

Ad rōnes Ad ꝑmam dicendū. q dicitur aliqd mouere seipsum p reciprocatiōem p/ fectam. eo q moueri non potest habere idem subiectum cum mouere. siquidem tene dictum est tercio physicor. q actio z passio non sunt in eodem subiecto Et ideo vbi ac tus relatiuus non est vniuoc⁹. non potest terminus reci/ procationis ꝓfecte reflecti supra ꝑncipium sicut accidit in his vbi talis actus est vtrinq vniuoc⁹. qualis est actus intelligendi respectu diuini intellect⁹ Ad secūdam di cendum est. q illud quod mouet a seipso per se ꝑmo hoc non mouetur ab alio. z tale non est qđ ꝓbat philosoph⁹ septimo physicor. z in octauo. tamē illud quod mouet per se gratia partis tene adhuc mouet ab alio distincto ab eodem Est ēn impossibile q aliquid moueat se totū sic q totum animal moueat se totum. ita q totum sit mo uens. z totum motum. tamē tene mouet animal se gratia partis. eo q potest diuidi in partem mouentem z in par/ tem motam. z sic etiā celum mouet seipsum. Ad terci⁹ am dicendū. q omne quod mouetur ꝑmo est diuisibile in partes quātitatiuas. modo ꝑmū mouēs seipsum nō mouetur ꝑmo. sed gratia partis. vnde ꝓpositio mouētis seipsum non est ex partibus quātitatiuis. nam mouens immobile non ē quātū nec sequitur suum mouere aliqua diuisibilitas ꝓter vnionez talem cum ipso mobili Ad quartam dicendū est. q duplex est ꝑmum mouens. vnū est primum mouens simpliciter z extra genus. z illud est primus motor immobilis. Aliud est ꝑmum mouens in genere mouentium z mobilium quod est aggregatū ex intelligentia z celo. z illud est mobile z mouens seip/ sum. sed est mouens z mobile ꝑm diuersa Si dica tur Primum mouens non habet motum. ergo non mo/ uet. quia mouens influit mobili motū. sed quod nō ha/ bet. hoc non influit Solutio. licet non habeat motum formaliter. tamen effectiue. tale autem habens motū solū effectiue non necessario mouet. q̄ qđ mouet habet motū formaliter vt patet tercio physicor Ad quintam dicē dum est. q reductio mouentium z mobilium est ad vnum mouens seipsum quod est animatū. z tamen non est ani mal. quia non est animatū per informatōem. sed est ani/ matum effectiue. ita q ex tali anima z corpore celesti re/ sultat vnum in agere. talis aūt vnio non est formalis sed effectiua z finalis. Et sic dicit secundo celi. q celum est nobile z perfectū habens in se sex differentias positionis scilicet sursum. deorsum. ante. retro. dextrū z sinistrum.

Ad sextam dicendū est. q reductio mouentiū z mobi lium ad vnum ꝑmū mouens seipsum non est reductio seu resolutio multitudinis coordinate ad ꝑmum. sed pō/ tius vltimor ad medium totius coordinatōis mobiliuz z mouentium. modo medium est compositū ex oppositis virtutibus extremorū. z ideo compositi⁹ vtrolibet eorum

Ad septimam dicendū est. q ibi est indiuisio actionis z passionis in motu qui est cōmune fundamentū ipsor mouere z moueri. que indiuisio sufficit ad vnitatem com positionis p formam tot⁹ ambientem actiuum z passi/ uum siue motiuū z mobile colligentē. Sicut ēn compo/ sitio materie z forme complet p formā tot⁹ p̄tentem in/ diuisum esse. ita ex motiuo z mobili resultat ꝓpositū per formam tot⁹ p̄tentem mouere z moueri in radice mot⁹ indiuisa. q̄ q̄ discernantur per actus proprios extremor. sicut esse totius discernitur proprie ex parte materie z forme. modo non est inconueniens q indiuisa in-subā

motus sint diuisa per esse. Unde fit q̄ non oportet hūi/ iusmodi sic essentialiter discreta cōmunicare in eadē p̄o/ pria motus denominatione. sed sufficit comparticipatio eorūz in p̄muni motus analogia. vt puta sicut motus est in motiuo per mouere z in mobili per moueri. vt dictum est tercio phȳsicoꝝ. ¶ Questio quarta

Utrū sit necessariū motorē primuz. immobilem esse vnū z perpetuū. Et videtur primo q̄ non sit imo/ bilis. quia intelligentia mouet per influentiā sibi desidera biliter impressaz a prima causa. Et similiter anima mouet per formam desiderij intelligentie. sed motus seu affectio desiderij est quedam alteratio que est alterius speciei a mo tu locali corporis mori ab ipsa. sed primū mouens est ani/ ma existens pars mouentis seipsum. z nō deus seu prima cā. Secūdo sic. Illud quod est causa contrariorū effe/ ctuū est mobile. sed primus motor causa est contrariorūz effectuū. ergo est mobilis. Maior probatur. quia idem inq̄ntum idem semper natū est facere dem. secūdo de ge/ neratione z corruptione. ergo ex oppositō si aliquid facit contraria ipsum vt sic non est idem. sed non potest diuer/ sificari nisi per mutationem. Tercio sic. Primū mouēs seipsum sufficit ad productōnem omniū aliorūz. ergo nō est ponendum q̄ preter ipsum sit aliquis motor imobilis Antecedens patet ex predictis. quia mobile primū aptū natū est moueri semper. z mouens suū est in actu indiuisi bili z incorporeo. z per consequens in actu perfecto p po/ tentiā non impeditā. z sic potest semp mouere. sed ex sem/ per mouere z semper moueri resultat motus sempiter/ nus. Consequentia probatur. quia frustra fit per plura quod potest fieri per paucioza. z hoc in cursu nature que non abūdat in superfluis. vt dicitur secundo celi. et tercio de anima. Quarto sic. Omnis vnitas prouenit a for/ ma z a terminatōne potentie per actum. sed primus mo/ tor non habet formā nec componitur ex actu z potentia. er go non est vnus Minor probatur. quia omnis forma ali quid informat z dat esse alicui. sed in primo motore nihil est quod suscipiat esse aut quod informetur. Etiam si esset compositus ex actu z potentia nō esset primū simpliciter quia compositū p̄supponit nedum componentia. sed etiā am cōponens ea inter se. Quinto sic. Omne bonum est suiipsius diffusiuū. ergo quanto aliquid est melius tanto magis diffundit seipsum. sed primus motor est ens opti/ mū. cum solus sit bonus per essentiā. ergo erit multiplica/ tio motorū quorūcūq̄ quilibet erit primus motor. z per conse quens non est tm̄ vnus Sexto sic. Motor qui est p se et per accidens imobilis est primus motor. sed tales sunt plures. ergo sunt plures motores primi Maior est phi in textu ostendēs primū motū esse perpetuū per hoc. q̄ mo/ tor nec per se nec p accidens est mobilis. Minor probatur q̄ sunt plures motus circulares. sed quilibet fit a motore tā p se q̄ p accidēs imobili Septimo sic. Si p̄mus mo/ tor esset perpetuus. hoc esset ideo q̄ ipse est imobilis tam p se q̄ per accidens. sed h̄ nō. ergo nō est perpetuus Maior est phi in textu. capto quinto. dicens. q̄ si est aliquis motus et primus. necesse est ipm fieri a motore tā p se q̄ p accūs im/ mobili. Minor probat. q̄ aie aialiuz sunt imobiles tā p se q̄ p accūs. z tū nō sūt perpetue Q̄ nō p se. pz p phm in te xtu dicentē. q̄ omne mouēs seipm diuidit in pte mouētē p se imobilez. sed aia est pars mouentis seipsum. puta ani/ malis. q̄ etiaz nō per accidens. quia exā anima est forma non potest esse subiectū accidentis ām Boetiū dicentez formā nullius esse subiectū. ¶ In oppositū. est h̄ phs

Maior. Omne imobile est perpetuū Minor Primum mouens tam per se q̄ per accidens est im mobile Conclusio. Igitur motorem primū necesse est esse perpetuū

¶ Maior pz. q̄ omne incorruptibile est perpetuū. sz om ne imobile ē incorruptibile. ergo omne imobile est perpetuū. Maior est phi p̄mo celi dicentē. q̄ sempiternū z incorru/ ptibile p̄uertūtur Minor probatur. q̄ ibi p̄dicatur supr̄o de inferiori distributo. z talis est semp vera. sicut em̄ mobile est suprius ad corruptibile. ita imobile est inferi⁹ ad incor/ ruptibile. Preterea. q̄d nō est perpetuū hoc cadit sub tē/ pore. sed nihil est sub tpe ḋn sit mobile. Etiā si nō essz im/ mobile perpetuū. tpm inciper z deficeret. sed essz p mutatio nē. generatōez sez z corruptōem. g̃ imobile moueretur

¶ Scda p̄positio deducitur in textu. et in hoc q̄ est im/ mobile p accūs differt ab aia ab aialiū que sunt in suis cor poribꝫ p informatōem. ita q̄ ex aia p̄stituit vnū ens natu re q̄d dr aial. sed q̄ sic sunt p̄ducta ad motuz vnius sequi/ tur motus alterius. saltem p accidēs. z hoc nō p̄uenit p̄ mo motori. q̄ non posset esse cā cōtinui motus. q̄ omne mouens p accidens motū. nō manet vniforme in mouen/ do ¶ Conclusio sequitur ex p̄missis

Maior. Oportet omnē pluralitatē ad vnitatem reducere. Minor. Nec est possibile q̄ vnus mo/ tus continuus. sit a pluribꝫ motoribꝫ Conclusio. Igitur est necessarium. primum mouens immobile esse vnum

¶ Maior pz. q̄ pluralitas entiū nō est infinita sed or/ dinata ad vnū p̄mū q̄d est cā aliorūz. eo q̄ oia scda sunt en tia ab alio z in aliud reducibilia. scz i ens p̄mū. q̄d est ens a se z p se. Regula em̄ est. q̄ omne q̄d est tale. p participatio nē z ex accōmodatis dependet ab illo q̄d est tale p essen/ tiam z ex p̄cijs. z sicut hoc dr in toto genere entium q̄d est meraphȳsici p̄siderare. ita in p̄posito est hoc applicandum in genere mouentiū z mobiliū. ita q̄ est dabile p̄mū mouēs et p̄mū mobile. Ex ista etiā patz. q̄ esse multiforme redu/ cibile est ad vniforme. z motus diuersos horū inferiorum oportet reducere ad motū vniformē celorūz ¶ Secun da p̄positio patz. quia plura vt plura nō faciūt vnum. sed motus continuus est vnus. vt dicitur quinto phȳsicorū q̄ eadē que requirūtur ad p̄tinuitatez motus. requirūtur ad eius vnitatē simpliciter dictam. Si autē diuersi moto res moueāt. hoc erit vel q̄ omnes simul mouent. z tūc opor tet eos vniri in aliquod vnū. q̄ oportez omnē pluralitatez ad vnitatē resolui. z hoc vnum esset primū mouens. Vel mouerēt successiue vnus post aliū. z sic motus nō essz vn⁹ et continuus. deberet em̄ motus vnius esse vnius mouentis et vnius mobilis. ¶ Conclusio patz. q̄ multitudo mouentiū sempiternorūz est ordinata pariformiter. sicut motus z mobilia ipsis subiecta. sed experimur subordina tionē mobiliū celestiū z participationē primi motus apta nes distribui fm magis z minus iuxta p̄portionem distā tie et p̄pinquitatis secūdorūz mobiliū ad p̄mū mobile. cuz ergo ordo in effectu oriatur ab ordine in causa. necesse est q̄ suo modo ordinētur mobiliū z mouentiū talia p̄ncipia motiua. q̄ g̃ p̄mū mobile vnū est z primus motus. g̃ nece est p̄mū motorē esse vnū

Ad rationes Ad primaz dicendū est. q̄ talis affectio desiderij non est altera/ tio que sit in genere motus naturalis. licet sit quedam spi

ritualis boni finalis participatio ⁊ sui instinctus informatio. que potius dicitur generatio ꝙ alteratio. cum sit simplex acceptio forme perfectiue. modo dictum est septimo physicorū. q mutatio perfectiua non est alteratio

Ad secūdam dom. q illa autoritas intelligitur de mouente seu de agente p naturā. nō aūt de mouēte supnaturali. qđ simul ⁊ semel eodē mō se habens pt producere ptrarios effectꝰ ⁊ diuersos etiā in diuersis ordinibꝫ Vel dom q idē incōptū idē nō est natū facere nisi idē ex pte sui. pt tū ex pte pluriuz esse cā ptrariorū effectuuz gra alterius. sicut sol calefacit cerā ⁊ lutū. ⁊ sic facit vnū p se. tū calefaciendo cerā liquefacit. ⁊ calefaciendo lutū indurat. ⁊ sic facit plura per accidēs. Ad tertiā dom. q tene verū est q hinc inde est aptitudo sempiterni motus. sed hec aptitudo nō ponitur in actu nisi ex hypothesi ⁊ sub ꝺditiōe influēte pmi mouētis. qz hoc habet necessitas ordinis mouentium et mobiliū. q mouens primū. qđ est proportionatū vltimo puta mobili tm nō influit nisi in virtute pmi mouētis.

Ad quartā dom. q oīs vnitas rei ꝺposite a forma procedit seu a terminatione potentie per actum. sed nō oportet de vnitate rei simplicis. cuiusmodi est pmus motor. q đz esse vnus. cuius magis debeat dici vnitas essentialiter.

Ad ultimā dom. q oīe bonū est sui diffusiuū. nō tamen oportet diffundere aliud bonū in tali eē sicut ipm est. Tū pmū ens maxime diffundit seipm ꝯmunicādo entitatez et bonitatē suā oīmbꝫ entibꝫ. qz tū entitas ⁊ bonitas que procedūt ab ipo semp recipiuntur in alio. ideo nō possunt manere in tali esse nec in tali gradu entitatis sicut pmus motor. ⁊ si maneret in tali gradu nō esset distinctio inter pmū bonū ⁊ aliud bonū ab ipso procedens Ad sextam dom. q tene probat ordinē mouentiū ⁊ mobiliuz stare a parte ante ad genus mouentiū ⁊ imobiliū. attamen qđliber horū generū hz spēale sui ꝓprij ordinis analogiā. vtputa mobiliū inter se. mobiliū mouentiū inter se. ⁊ mouētiū tm inter se. Haz omniū mobiliū analogia ordinat ad vnū pmū mobile ⁊ mouentiū motoruz stat coelementatio ad vnū pmū mouens seipm. qđo similiter mouentiuz tm ad vnū pmū mouens ordo suspenditur Ad septimā dicēdū. q aīal mouetur ab aīa p accidens mota duplici accidente. antecedenter scz ⁊ ꝯsequenter. Antecedenter qđez aīa pus cū moueat suū corpus mouetur ab extrinseco sub rōne fugibilis vel eligibilis appetitū afficiente vel ab habitu ad actū exercitante. sicut exprimur aliquotiēs in dormientibꝫ. quoꝝ anima aliqua alteratōne intrinseca corporis puta decoctione nutrimenti vel quouis alio motu expergefacta mouet ad surgendū. vt patuit in textu. Consequenter vero per hoc q motor corporis ab aīa causat redūdat in eādem. ꝓpter formalē ipius cū corpore vnionē et hoc accidentis modo non potest inueniri in celo motus anime per accidens. vt etiā indicat pbus in textu. ex quo iuxta predicta illa anima manet a corpore forma secluſa. licet sic efficienter intima. Et ad dictū Boetij dom q intelligit de forma que est in fine simplicitatis. cuiusmodi non est ipsa anima. que ex quo ⁊ quod est. siue ex actu et potentia est ꝯposita.

Incidūt dubia circa primū

An motus possit eē infinitus ſm potentiam diuisionis ipius mobilis. Et videtur q sic. per ea que dicta sunt in sexto physicorum.

Solo nō. et hoc probatur per ea que dicta sunt in septimo physicoꝝ de modio milioꝝ ⁊ quolibz milio respectu sonitiendi. Quod confirmatur per ea que tangit pbus in textu dicens. q non oportet q si aliquid augeatur q quodlibet eius minimuz ꝓtinue augeatur. nec oportet q si multe gutte cauent lapidem q quelibet gutta in tēpore sibi ꝓportionabili aliquid lapidis effodiat. ¶ Ad obiectū dicendū. q in sexto loquitur pbus de esse potentiali motus. non antē diuiso ⁊ actuali. de quo hic loqt.

Secūdū dubiū

An motus tene diuidat in violentū. naturalē. ⁊ aialem

Qđ nō videtur. qz p se pponit de oīni ⁊ sp. vt dicit primo posteriorū. sed nullus istoruz motuū est sempiternus ſm virtutem sui generis. neq; em violentū est perpetuum. vt dicit pbus pmo ⁊ secūdo celi. neq; natura. neq; anima exerūt motū perpetuum in corpore corruptibili. vt in questionibꝫ patuit. Solo sic. prout per se opponitur accidenti et parti. quomodo dicimus p se moueri qđ ſm se totū ⁊ non gratia partis vel alicuius el inexistentis accidētis mouetur. eo q natura et anima ⁊ vis directe influūt in totū mobile sine medio accidentis vel partis

¶ Ad obiectum dicendū. q tene procedit de per se dicibili ſm artē demonstratiuā de qua perfectate non intelligitur propositū. Vel dicendū. q licet motus nō sit perpetuus ſm q exeritur actualiter a vi natura vel anima. tamen aptitudo proportionis motus naturalis ad naturā animalis ad animam. ⁊ violēti ad violentiā est essentialis perpetua ⁊ necessaria.

Tercīū dubiū

An motus violētus sit possibilis. Et videtur q non. quia nihil mouetur nisi per formam sibi impressam a motore. sed violentia non potest imprimere aliquid violento. eo q illa virtus impressa nō potest causari nisi per creationem. cum nihil sui prefuit in mobili. creare autem est actus dei. Similiter potest dubitari de modo deriuationis virtutis motiue ab anima ⁊ a natura Solo sic. quia omne quod est in actu causalitatis effectiue natū est deriuare a se virtutem que est similitudo talis actus. hec autem est vis instrumentaliter actiua. ergo per huiusmodi vim a violentia suo mobili impressam potest mouere hoc ipsum mobile. ¶ Ad obiectū dicendum. q vis deriuata impressiue a mouente violento non exeritur ab eo per modum creationis sed generationis quomodo similitudo cuiuslibet actus profluit a suo actiuo siue a tali actu. iuxta quem modum lumen emanat a sole sicut similitudo eius formalis. ⁊ ordo deriuatur ab intentōne actus finalis. sicut similitudo eiusdem. et eodem modo vis deriuatur a motiuo violento. Et qđ dicitur. creare est ex nihilo aliquid facere. Verum est loquendo de his que exeunt in esse per modum productionis imperfecte ex ſmplici negatiōe. modo motus deriuatur a mouente. velut actus perfectus. et per consequens modo productionis perfecte. qualem productionem si quis vocet creationem vtiq; creatio erit creature comunicabilis. quomodo ⁊ anime nobili conuenit creare ſm autorē libri causaꝝ.

Atuero aliud faciētibꝫ ꝓncipiū magis erit de his manifestū. Considerandū em est vtrū aliquē motuz contingit esse continuū aut non. ⁊ si ꝯtingit qđ hic. ⁊ qđ primus est motuū. manifestū aūt q si quidem necessariū est. semper motū esse. Primus aūt hic ⁊ continuus. quia primū ꝯtinuū mouens mouet ſm motum necessarium est vnum ⁊ eundem esse continuū ⁊ primum.

¶Iste est tercius tractatus huius octaui.in quo ꝓbs determinat quis ꝛ qualis sit ꝑmus motus. Diuiditur autē in quatuoꝛ capitula. In primo ostendit motum localem esse primū motū. In secūdo ostendit ꝙ solus motus localis potest esse continuus ꝛ perpetuus. In tercio ostendit ꝙ nullus motus etiam localis potest esse perpetuus preter circularem. In quarto probat motū circulare vnū esse primū ꝛ perpetuū. Primuz capitulum diuiditur in duas partes. In prima proponit intentum. In secunda ostendit propositum. Quātum ad primā dicit. ꝙ hoc quod dictum est.scz ꝙ motoꝛ primus sit immobilis ꝛ perpetuus magis erit manifestū facientib⁹ aliud principium Considerandū em̄ est si aliquis motus sit cōtinuus aut non.ꝛ si sic. ꝑsiderandū est quis ille sit.et quis sit primus motuū. Si em̄ ostensum fuerit ꝙ sit aliquis motus semꝑ et ꝙ ille sit primus ꝛ continuus.tūc etiā manifestū erit et notum ꝙ primum mouens mouet hunc motum ꝛ nullum motum necessarium erit esse vnuz ꝛ eundem ꝛ continuū ꝛ primū omniū motuū

